



© P.P. Mínimos - Barcelona

29 - 10'

aduertencia del mrm
lo cap le inclinó al nom de Jésus maria
al segundo dia y el popo - sempre que se
adeporta del mrm del alt. o arriba lo
el mrm del alt. opera de uno para arriba
del alt. = y hoy quando te agencho o de
fer humillacio del cap riguero qm
do. sagramente patente oti modis
iudicacio del Cap al dñs oreus, al fin
ello pati. pte al dlo degloriacion de celo, al
della geo de gratia y agasay del mro usij al
P. 6^o 8^o credo los queremos juntalve y menos
q 5^o 7^o et al meno = nobis quaque eam
placeat hbi iste trinitas
iudicacio del Cap. y un poch dly mro cap
= con officia humillació = huipate fin
et = domine non tardigas

RITVS SERVANDVS

IN HEBDOMAD A

MAIORI DIFFVSE EXPLICATVS:ITEM
Ritus in Missa,quæ celebratur in Altari,in quo
expositum est sanctissimum Sacramentum,cū
ordine incensationis in Missa , & Processione
ciusdem sacramenti:rum Decreta à Sacra Ri-
tuum Congregatione,in Ordine ad Missā,& Di-
uinū Officium condit:rum Conclusiones,& re-
gulæ,non nullæ excomētarijs,in Rubricas Mis-
salis,ac Breuiarij,à R.P.D.Bartolomæo Ga-
uanto ciusdem S.Congreg.consultore editis.&

à P.F.Stephano Recorda Ord:Minimor.

S.P.N.Francisci de Paula Granul-
larien. collecta,& fidel-
ter sumpta.

Anno



BARCINONE

Apud Iacobum Mathevad
Venense en sanc Francisco de Paula.

VTopus cuius titulus est Ritus seruan-
dus &c. typis mandare possis (serua-
tis prius seruandis) præsentium virtute tibi
P. Fr. Stephano Recorda subdito nostro
beneplacitum, nostramque benedictionem
impertimus &c. Datum Barcinone in hoc
S. P. N. Francisci de Paula Conuentu sex
to Kalendas Octobris anno 1643.

Fr. Joannes Maymon Provincialis.

APROBACIO.

X precepto per Illustris D. Hieronymi Roig, D.
E Doctoris Sacriste & Canonici S. Ecclesiae Barci-
nonensis; nec non Officialis, & Vicarij Generalis
Illustr. & Excellentissimi D. D. Ægidij à Manrique,
Dei, & Apostolice Sedis gratiæ Episcopi Barcinon.
Tractatū hunc de Ritu bus seruandis in Missa, & diuino
Officio, cum decretis Sacrae Congregationis Rituum,
Regulis, & conclusionibus ad hoc atinentibus: à Re-
ueren. P. Fr. Stephano Recordá Ordinis Sacri Mi-
nimorum S. P. Francisci de Paula bene, dilacide &
concinne ordinatis vidi. Nihil fidei nec moribus re-
pugnans libellus continens, sed multa valde utilia,
omnibus Sacrorum Ministris; ut rite suo munere fun-
gantur prælo igitur dignum cum bona superiorum
venia. Barci. in Collegio Societatis Iesu die 2. No-
vemb. 1643. censuit.

Pater Jacobus Puig Theol. D. Generalis Inquisitionis censor, Mag. Christianissima Concionator.

Die 10. Novem. 1643.

Imprimatur.

Roig Vic. Gener. & Offic.

Imprimatur.

Queralt Regens.

AD LECTOREM.

HAbes hic, Amantissime Lector; simul in vnū
(stile Plano, & facili) recollectos Ritus sacros
pro hebdomada maiori, pro aspersione aquæ Bene-
dictæ, pro incensatione Altaris tam corā Sacramē-
to, quā sine illo: Et ea quæ addenda sunt, quando co-
ram SS. Sacramento celebratur, & quæ in Proces-
sione eiusdē fieri debet, cum alijs quibusdā specia-
libus ad notationibus; vna cū Decretis à Sacra Ri-
tu Congregatione emanatis, tā ad celebrationē
Missæ. quam ad recitationem Diuini Officij: præ-
sertim: post nouā regnitionē Missalis ac Breuiarij, à
SS. D. D. N. Urbano VIII. editā. spectantibas; in qui-
bus magna pars difficultatū (quæ circa tā Alta Mi-
nisteria peragēdā) & in quibus errare sæpè cōtingit
& quæ præmanibus non facile, vt in Plurimum ha-
bentur. Hec autem ferè omnia ex comentarijs in
Rubricas Missalis, ac Breuiarij R. P. D. Bartholo-
mei Gauāti hausit: qui fuit unus ex consultoribus
pro dicta recognitione assignatis, & sic ei in hac
materia præsertim (non tamen ab hoc minoratur
a me in alijs à se tam docte quam loculenter scrip-
tis) magna fides adhibenda est. Han ergo lucubra-
tionculam, benignis oculis aspice, quam ad Eccle-
sia Ministros subleuandos, & vt tam excelsa Mini-
steria rite: vt par est cuacti pergant suscepi. Vale,
& pro me Deum Ora.

A Dom.

¶ ¶ ¶ ¶

ADominica Paſſionis vſq.ad Dom.Palm.
Regulae obſeruandæ.

In vesp. Sabb. Dom. Paſſionis velantur. Cruces, &
Imagines id eſt ante vesp. etiam ſi vesp. ſint de a-
liquo Feflo dup. licet non fiat niſi cum Dom. Velum
quoteguntur. Cruces debet potius eſſe viol quam ni-
grum, album nequaquam: non debet habere ſecum
aliquam Imaginem in veſto.

A dom. Paſſioni vſq.ad Dom. palma. in Fefis ſe-
miduplicib. illis diebus occurrentibus in Miffa dicun-
tur tres orationes ſcilicet 2. de fer. 3. Ecclef. vel pro
Papa. Sed in Miffis de tempore duę tantum ora. du.
ſcilicet de S. Simplici, vel Ecclef. vel pro Papa. Sed in
Cathedral. & Collegiat. quia dicuntur duę Miffa, in quoli
bet Miffa duę tantum orat. dicantur ſcilicet de S. Sim-
plici vel Ecclef. vel pro Papa.

Quando in prieſteſto Sabbato occurrit festum ſe-
midup. ad comple. in Rx. breuibus non dic. gloria pa-
tri: ſet repetitor Rx. dicitur autem ſi fuerit dup. quia
ſolemnitas ſemid. finitur per commemor. vefterarū.
Concurrente autem Dom. Paſſionis cum ſemid. feſto
quę occurrit fer. 2. in Rx. breuib. ad Complet. Dom.
dicitur Gloria Patri &c. quia ſolemnitas eſt iam in-
choata licet; non fiat niſi Comm.

Ritus

¶ ¶ ¶ ¶

Ritus ſeruandus in hebdomada maiori ex
textu Rubricarum missalis, additis
alijs ſuo loco ex commen. dicti
R.P. Fr. Bartholomæi
Gauant.

In Dominica Palmarum 1. claf.



FFICIVM fit ſemiduplex, omnia
vt in Breuiario. (color Viol.). Quan-
do in dicta Dominica occurrit feſ-
tum ſimplex, de illo fit commemo-
ratio in primis vefperis, & laudibus
tantum, non autem in Miffa, neq. priuata. Finita
Tertia, Sacerdos celebraturus in dutus: Hoc eſt A-
mictu, Alba, Stola, & Planiſti Color. Cum mi-
nistris ſimiliter in dutis capite cooperito hinc inde alate-
re Celebrantis (ſi ad ſint paratis) præcedentibus Acoly-
this, cum candelabris & cereis accensis, vt ante Miffam,
ſine Thuriferario; accedit ad Altare, & ibi ad gradus
hoc eſt in infimo eius gradu, cum ministris genu
flexus (etiam Tempore Paſchali) accipit à Dia-
cono alperſoriam, & primo, teraspergit Altare: In me-
dio, versus Cernu Euangeli j; tum Epiftola: deinde ſe, &
cree-

erectus, ministros: id est, adhuc genuflexos, primo
Diac. deinde Subdiac. incipiens Antiphonā asper-
ges me &c. debet incipere Antiphonam ante aspersionē
Alta. & Chorus prosequitur Domine hylopo &c.
Quod si in Altari sit exposita sacratissima Eucharistia
abstinendum est, ab aspersione Altaris, interim Cele-
brans aspergit Clerum: Aspergenti non inclinat caput;
At Clerum stare debet detecto capite, & aspergenti reue-
renter caput inclinat; Deinde populum, neque ta-
men aspersio singulorū fieri debet, sed plurium simul, tam
cleri, quam populi: Et iuxta locorum consuetudinem fiat
aspersio laycorum, Canonici singulatim: Dicens submis-
sa voce cum Ministris: Comitatur cum ministri: Diac.
qua eleuat fimbriam ad extremitatem Pluuiāl. Psalmū Misere-
re: id est per totum Psalmum alternatim cum Ministris:
Quod si Episcopus adest in Choro, procedit solus celebrans,
ob reverentiam Episc. præsentis, ut coram eo cum minori
pompa celebrans procedit; Ne fiat in congrue à maiori
celebrante, statuit Gregorius XIII. 30. Decembris 1573
(Teste Genuensi in Praxi, Archiepiscop. ca. 65. Ro-
mæ edita 1616.) ne in Ecclesijs Hispaniarū. Antilles
vel alia persona principalis, asperget Clerum in Domini-
eis ante Missam sed eius loco Sacerdos, cum super pelliceo
& stola, & cum acolythis tantum finita Aña. Supradic-
to modo, Sacerdos qui aspergit aquam, reversus
ad Altare: hoc est ad insimum gradum eiusdem, stans
ante gradum Altaris iunctis manib. dicat verbum
OSTENDE NOBIS &c. Minstri autem librum tenent
ante celebrantem (Tempore Paschali additur Allelu-
ya) f. Et a aspersione aquæ, (vt dictum est) Minstri,
cum Planetis, seu in albis cum Manipulis, quia canta-
turi

turi sunt Epist. & Euangel. In alijs vero Domin. sine Ma-
nipulis, cum Pluuiāl. coloris officio conuenientis.

Procedit ad benedicendum Ramos Palmarum,
& oliuarum, siue aliarum Arborum; In medio an-
te Altare, ad cornu Epist. positos. Et primo cantat
ur à choro Aña, ut in Missali, Verbum (procedit) hoc
loco non significat motum localem à Sacristia, sed quod
finita aspersione aquæ prosequitur Benedictio Palmar.
Ascedendo ad Altare, quod osculatur in medio, & deinde
in cornu Epist. cattando, in Choro ut in missali. **HIC ORDO**
SERVATVR IN BENEDICTIONE CANDELARVM QUANDO IN DOM. VENERIT. Ordo Ro-
manus est, quod à cornu Epist. ponantur Palmæ, &
Rami.

2 Deinde Sacerdos stans in cornu Epistole, non
vertens se ad populum, dicit in tono orationis Mis-
se ferialis, Dominus vobiscum. Non disiungit manus
sed iunctas eas tenet etiam ad (Oremus) & ad orationem,
hinc inde, quia sumus (extra Missam) & Minstri pares
sunt celebranti, ut quando opus erit, cunctus Diaconus
eleuat fimbriam Pluuiālis à dextris.

3 Postea Subdiaconus in loco solito cantat se-
quentem lectionem, in tono Epist. & in fine oscu-
latur manus Sacerdotis, Quod legitur celebrans (si
velit) in cornu Epist. & resumit planetam (si ea vittur.)

4 Interim dum cantatur Re. Diaconus ponit li-
brum Euangeliorum super Altare: & Sacerdos, mi-
nistrante Diacono nauiculam, ponit incensum
in Thuribulo. Deinde Diaconus dicit. Munda cor
meum, accipit librum de Altari, petit benedictio-
nem à Sacerdote: postea Subdiaconus librum te-
nente

nente, medio inter duos Acolythos tenentes can-
delabra accensa, incensat, & cantat Euange. vt in-
fra more consueto: quo finito, Subdiaconus defert
librum osculandum Sacerdoti, qui & incensatur a
Diacono. Non discedit celebrans a cornu Epist. omnia
fiant, etiam a Thuriferario, pro ut ad Ewang. missa; Incen-
satio celebrante resumit planetam (si ea vtitur.)

5 Post hec benedicuntur Rami, ut in Missali. Sa-
cerdos stans in eodem cornu Epist. iunctis manibus
& Ministris hinc inde assistentes. Dicit in tono oratio-
nis ferialis: Dominus vobiscum. Eodem modo cantat
Prefationem manibus iunctis assistent hinc inde Minis-
tri cum quibus dicit Sanctus, &c. In orationibus nihil est
detrahendum, neque mut andum licet benedicantur Rami
arborum, non Palmæ, neque Oliuarum. Celebrans vero du-
dextra signum Crucis facit ponit sinistram super Altare.
Circa finem quintæ orationis, Acolytherum alter accipit
de credentia. Vasa aquæ benedictæ cum aspersorio, &
vna cum Thuriferario accedit, ad celebrantem propè Dia-
conum. Celebrans ponit incensum in Thuribulum:
ministrante Diacono. Deinde ter aspergit Ramos a-
qua benedicta dicendo Annam Asperges me, sine
cantu, & sine Psalmo, & ter adolet incenso. Accep-
to nimis aspersorio de manu Diaconi cum solitis oscu-
lis, & reverentijs aspergit autem ter idest in medio, &
dextris Ramorum, & à sinistris eorum submissa voce di-
cens versum illum tantum. Asperges me, & adolet incen-
so eo modo; scilicet quo aspersu, nihil dicens. Diaconus au-
tem in aspersione, & incensatione, eleuat simbriam pluia-
lis. Rursus celebrans in cornu Epist. ut prius, addit, que
sequuntur in Missali.

6 Com-

6 Completa Benedictione, dignior ex Clero ad
cedit, ad Altare, sine stola, & dat Ramum benedictū
celebranti, qui non genuflectitur, nec osculatur
manum dantis. Postea celebrans stans ante Altare
versus ad populum, distribuit Ramos, primum dig-
niori, a quo ipse accepit. Deinde Diacono, & Sub-
diacono paratis, & Ministris Altaris, nisi ad sit præla-
tus aliquis; qui precedere debet etiam ministris Alta-
ris paratis, & alijs Clericis singulatim, per ordinem,
ultimo Laycis: omnibus genuflectentibus, & Ra-
mum, ac manum celebrantis osculantibus (excep-
tis Praelatissi adsint.) Canonici quoque non osculantur
manum celebrantis. Si populus est multus poterit aliis Sa-
cerdos mitti qui distribuat Laycis.

8 Postea fit processio: & primo celebrans im-
ponit incensum in Thuribulum: cum Benedictione mi-
nistrante Diacono, & Diaconus vertens se ad populu-
dicit: procedamus in pace. Et chorus respondet: in
nomine Christi Amen. Precedit Thuriferarius cum
thuribulo fumigare: deinde Subdiaconus paratus
non alter Subdiac. Defens crucem, medius inter
duos Acolythos cum candlabris accensis, sequi-
tur Clerus per ordinem, ultimo celebrans cum Dia-
cono a sinistris, Capite cooperito omnes cum Ramis
in manibus: & cantantur Antiphonæ, ut in Missali
vel omnes, vel aliquæ quoisque durat processio.

9 In reuersione processionis, duo, vel quatuor
cantores intrant in Ecclesiam, & clauso ostio stan-
tes versa facie ad processionem, incipiunt v. Glo-
ria Laus, & decantant duos primos versus. Sacer-
dos vero cum alijs extra Ecclesiam, cooperito capite
repe

repetit eisdem. Deinde qui sunt intus cantat alios versos sequentes, vel omnes, vel partem prout videtur, & qui sunt extra, ad quoslibet duos versus respondent Gloria Laus, sicut in principio. Sub diaconus prope portam in medio: versa tunc Imagine Crucifixi ad Sacerdotem. Postea Subdiac. hastili Crucis percutit portam semel, in ima parte portæ, & cum ima parte hastilis Crucis, & statim aperta, processio intrat Ecclesiam cantando. R. Ingrediente Domino, & subdiac. deponit Crucem ad Altare prope credentiam.

10 Deinde celebratur missa, & Rami tenentur in manibus (dum cantatur Passio, & Euang. tantum)

11 Finito Tractu, dicitur Passio super nudum pulpitum, quam celebrans submissa voce legit in cornu Epistolæ.

12. Passio à tribus Diaconi indutis Amictu, Alba, Cingulo, stola Diaconali violaceo, cum manipulo, qui procedunt de Sacristia, hoc ordine, ut qui Evangelistare fert, librum deferat ante pedes, & sit primus, quem sequitur ille, qui turbam. Tostremo qui Christum, omnes manibus iunctis: fidelis autem aebitis reverentijs Altari, accedunt ad cantandum passionem: medium locum relinquentes agenti personam Christi, & dexteram Evangeliste. Si desint Ministri, Diaconus solus cantare debet totam Passionem, quam celebrans sub missa voce legit in cornu Epistolæ stans panto versus cantores, &stantibus Ministris, ut ad Introitum Missæ. Cum legit ipse tradidit spiritum nondum tamen genuflectitur, lecta vero etiam postrema parte, in eodem cornu qua vicem gerit Euangeli, conuerit se, ad Cantores Passionis.

13 Di

13 Dicitur autem Passio, sine Salutatione, & fine Incenso, ad ea verba cantorum tradidit spiritum, omnes quidem genuflectunt; sed celebrans, & aly versus Alta re, Diaconi Cantores, versus librum, signumque surgendū post pausam, datur à Diacono qui Evangelistam agit, eo ipso quod surgit, pausa erit unius Pater noster sic prædicta genuflexio, ambobus genibus in terra positis.

14 Quod sequitur legitur in tono Euangeli, & dicatur Mūda cor meum more solito tanquam ad Euāgel. Missæ petitur Benedictio, incensatur liber, qui, & osculandus datur celebranti, in initio postremæ partis, cum eiusdem incensatione. In fine quoque responderet (Laus tibi Christe) Quæ omnia seruanda erunt in missis priuatis, exceptis incensationibus. Hic ordo seauandus erit, in alijs Passionibus, excepta fer. 6. Diaconi Cantores dum canunt Passionem tenent in manu sinistra Palmam. In fine missæ leg. Euang. S. Iuan in priuatis vero legitur Euangelium, quod positum est, in benedictione Ramorum; Cum appropinquasset Iesus, quia iam lectum est in officio. Si hodie occurrat festum simplex de eo fit commemoratione sine lect. in laudibus tantum, non autem in missa, etiam priuata.

Fer. 2. Maioris Hebdomæ.

1 Officium fit de fer. lect. de hom. R. & Antiphona de laud. & per horas proprias; & oratio. Si occursat festum dup. vel semid. transfertur, post cœlum Paschæ, si simplex, de eo fit tantum commemoratione sine lectione, in laud. & missa, in qua dicitur 2 orat. tantum de S. simplici quando occurrat, vel Eccle.

Eccle. vel pro Pap. Officium paruum B.M.V. & de
functorum non dicitur in tota hac Hebdomada.

Fer. 3. Maioris Hebdomadæ.

I Officium fit de fer. vt notatur in præcedenti
feria secunda in Missa dicitur Passio, & seruatur
ordo, vt in Passione Dominicæ Palmaturum.

Fer. 4. Maioris Hebdomadæ.

I Fit officium de feria: vt notatur supra, & non
dicuntur Psal. Grad. Ad Introitum Missæ ad illa ver
ba, in nomine Iesu non genuflectitur. Tractus
dicitur post 2. lectionem, & dicitur Passio vt iu
pra notatur.

Fer. 5. In cæna Domini duplex 1. class.

I Officium incipit, à Matut. dup. col. vioi. (præter
ad Missam:) dicto Pater noster, Ave Maria, & Credo.
incipit ab solute, ab Aña. Zelus domus tuæ, vt in
Breviario: in fine Psalmorum cuiuslibet noctur.
dic. Pater noster totum secret. Ad Matutinum ac
eunduntur sex candelæ in altari positæ, ceræ com
munis, & quindecim aliæ candelæ omnes confor
mes etiam ceræ communis positæ in triâgulo qui
debet collocari ante Altare, in cornu Epistolæ, &
candelæ trianguli extinguntur hoc modo; in fine
cuiuslibet Psalmi Matutini, & laudum extinguitur
una candela, & primo loco extinguitur ea, quæ est
ultima in cornu Euágeli, & deinde ab alio latere,
& sic successive. Ordo Romanus. Dum dicitur Can
ticum Benedictus: paulatim extinguntur illæ sex
candelæ in Altari positæ à principio: etiam extin
guntur omnia luminaria Ecclesiæ; Finito Cantico,
ultima

vltima candela in sumitate trianguli posita nō ex
tinguntur, sed amoueatur, & in cornu Epistolæ tub
Altari collocatur, dum fit fragor; quæ fit cū strepi
tu. Licet in principio non dicatur Domine labia,
neq. Deus in adjutoriū, etiam ad omnes alias horas
huius tridui, potest signare se signo Crucis. Sed ver
sus. Christus factus est pro nobis obediens usq. ad
mortem. In choro dicitur ab hebdomadario stan
do, cæteris vero genibus flexis, oratio autem dici
tur genibus flexis etiam ab hebdomadario: extra
chorum omnia dicuntur genibus flexis, dicto Pater
noster totum secreto in voce mediocri & graui,
dicitur Psalmus Miserere mei Deus per totum, hoc
est in fine laudum hoc triduo. In alijs vero horis
dicitur submissa voce, vt tantū audiatur ab utroq.
Choro usque ad Nonam Sabb. Sancti, In fine hora
rum huius tridui non dicitur oratio Dominica,
nec aliud quicquam. Ad primam nihil: de Maity
rolog. annuntiatur, in hoc triduo; & omnes horæ
dicuntur submissa voce præter Matut. & laud. usq.
ad Nonam Sabbati Sancti.

Feria 5. in Cæna Domini dup. 1. classis.

Missa dicitur cum paramentis albis ministri cū
Dalmat. procedunt ad Altare, vt moris est facta
confessione, ascendit cum ministris, ad medium
Altaris: Diaconus sinistra manu, & Subdiaconus dextra, al
bam, & vestem anteriorem celebrantis paululum eleuat
dum ille ascendit, ubi dicto (Oramus te Dñe) & oscu
lato Altari: Ministri non osculatur neque tangunt Al
tare sed suo quique loco genuflectit, & statim surgit
quod semper obseruant: Ponit iucensum in Thu
ribu-

ribulum, Sed nota si quidquam aliud misceatur cum
incenso, maior quantitas semper esse debet incensi; Mini-
strante Diacono nauiculam, datur illi nauicula a-
perta a thuriferario sine osculis; Subdiaconus in hoc ca-
su, stat a sinistris Celebrantis, & Thuriferario thuribul-
lum, hoc est sustentante Thuriferario annulum maiorem
manu sinistra, & elevato altero annulo operculi manu
dextra, eademque manu complectente catenulas circa me-
dium earam; inter operculum, & thuribulum, flexoq. qua-
si genu dextro offcente thuribulum equaliter elevatum,
ad nauicula altitudinem Celebranti, Diaconus parum
inclinatus versus celebrantem: dicit Benedicite Pa-
ter reverende, & osculatur. Cochlear, & manum
Celebrantis ante, & post, utrumq. osculum requirit. Ce-
lebrans ter incensum ponit in thuribulum, manum
sinistram pectori ad mouet celebrans, & dextera sumit,
immitit ter incensum in thuribulum de nauicula dicens
inter im, ab illo Benedicatis: & deposito cochlear;
producens manu dextra signum Crucis super thus
in thuribulo illud benedicit, non addit in nomine Pa-
tris &c. Postea Diac. Dimissa nauicula, in manu thu-
riferarij qui sine osculis de missa operculo statim tradit
thuribulum Diacono: accipit thuribulum, & dat ce-
lebranti osculata prius summitate catenularum,
& manu illius dextra; Qui, facta Crucis profunda re-
verentia, eam tet incensat, nihil dicens: & facta
iterum Crucis reverentia, incensat Altare ter ducens
thuribulum equali distantia, pro ut distribuantur. Câ-
de labra, a medio eius usque ad cornu Epistolæ
Non enim incensantur Candelabra, sed posterior illa pars
Altaris, in qua sunt Candelabra. Si pauciora ea sint quæ

Sex

sex adhuc triplici ductu Thuribili ea pars est incensa-
da. Vbi demissa manu, thurificat illius postremam
partem inferiorem, mox superiorum, bis ducto
Thuribulos; Id est semel, inferiorem, semel superiorum,
non unam quamq. partem semel, & iterum: Nihil in to-
ta hac incensatione a celebrante dicitur, & conuersus
ad Altare, elevans manum incensat eius planitię,
seu mensam, in parte anteriori, ter ducens Thuri-
bulum usque ad medium: vbi facta Cruci reveren-
tia, procedendo thurificat aliud latus Altaris tri-
plici ductu usque ad cornu Euangelij: & pariter in-
censata inferiori, & superiori parte ipsius cornu
Euangel. duplici ductu, adhuc stans ibidem, ele-
vans Thuribulum, ter incensat superiorum tabu-
lę partem versus medium Altaris, vt fecit in cor-
nu Epistolę: deinde manu aliquantum de missa, in-
censat anteriorem eius partem, seu frontem, ter
ducens Thuribulum; Dum procedit a cornu Euag.
usq. ad medium Altaris: & facta Cruci reverentia,
incensat similiter triplici ductu reliquam partem
anteriorem usque ad cornu Epistolæ; vbi reddito
Thuribulo ipso Diacono, ab eo ipse solus incensatur.

Si vero in Altari fuerint reliquiæ, seu Imagines
sanctorū; Id est, statuis sanctorū (non pictis imaginib. in
pariete) sit reverentia cum thure hoc loco; tamen iſdem
non inclinat caput celebrans, ad differentiam Crucis cur
inclinare debet, ea ratione qua abstinemus agnusfictio-
ne quæ fit v. g. Episcopo proprio, si coram eo sit Cardina-
lis, aut Papa, & hic ritus seruatur Romæ ne scilicet fuit
immediate tres captis inclinationes, ut attente concideret
ti patet, in censata Cruce, & facta ei reverentia an-

B

tequam

tequā discedat à medio Altaris, primum, incensat
ealq. ad extris sunt, (id est,) parte Euangelij propè
Crucē, bis, ducēs Thuribulū, & similiter à sinistris
hoc est à parte Epistolæ: Deinde prosequitur incen-
sationē Altaris, ut supra etiam si in coessent plures
Reliquiae, vel Imagines.

Si in Altari fuerit Thābernaculū SS. Sacramen-
ti, accepto Thuribulo antequā incipiat incensatio-
nē genuflectit: ob præsentiam SS. Sacramenti quamuis la-
teat, & eocasū non inclinat caput Crucis, quā incensat; a-
dorat igitur quod latet, & patet, Sacmentū, & Crucem;
Incensat quod manifeste patet, id est Crucē. Quod item
facit, quotiescumq. transit ante mediū Altaris; Ac-
cidit transire ante mediū Altaris, in incensatione, bis, &
textus loquitur tantū de Incensatione Altaris non de a-
lio transitu in Missa. Diaconus, & Subdiac. assistunt
celebranti dum incensat. Ministri in seruunt hinc in
de eleuando Planeta eā partē quae est circa brachia Cele-
brantis, ut non impediatur: altera manu pectori, interim
ad mota Ob præsentiam SS. Sacramenti: omittuntur oscu-
latam catenullarū quam manu Celebrantis à Diacono in
traditione, & receptione Thuribili Celebranti. Liber amo-
uet Thuriferarius si abest Cærimoniarius, & restituit sta-
tum; quando nimis incensandum est cornu Epist. seu
Enangeli, tempore Incensationis huius, & oblatorum in-
fra. Quo si ad sit assistens Pluiali indutus eiusdem erit
amouere librum; Subdiac. autem ad incensationem cele-
brantis, à Diac. sistit se contra Cornu Epistolæ neq. Cum
Diac. caput inclinat celebranti. Deinde vadit ad librū
& dic. Introitum sine gloria patri, cum Ministris,
& in medio Altaris dic. Kyrie eleysion nouies, dic.
Glo-

ORDO INCENSATIONIS AERIS



Gloria in excel. cū Credo, (dum dicit. Gloria in ex-
cel. pulsātor campanæ; toto tempore dū cantatur
Gloria) & ait pliis non pulsantur, usque ad Sabba
(Neque ad salutem Angelicam) ad con-
sum S. (Neque ad salutem Angelicam) ad con-
fessionem non dicitur Psalmus Iudica me, neque
Gloria Patri, ad Introitum Missæ, sed reperiatur in-
troitus; neque ad Psal. Lau- bo, dicitur Praefatio de
Cruce; communicantes, & Infractio propria.

3 Hodie Sacerdos consecrat duas hostias: quarū
vnam sumit, alteram reseruat, pro die sequenti, in
quo non conficitur Sacramentum, reseruat etiam
aliquas particulas consecratas, si opus fuerit pro
infirmis, sanguinem verò tñsumit, & ante ablu-
tionem digitorum ponit hostiam reseruatam in
alio Calice, Quem Subdiaconus de credencia deferat
ad Altare cooperatum, cum velo tantū eiusdem Calicis par-
uo albo quē Diac. Palla, & patena cooperit prius Pa-
lla & desuper velum album expandit, & in medio
Altaris collocat. Deinde fit communio. Communi-
cent autem Presbyteri cum stola de collo pendente, &
si omittatur non est peccatum mortale, (nisi ex contemni
dimittat) & completur missa. Sacerdos autem ge-
nus. Ait, quandounque accedit, vel recedit à me-
dio Altaris, vel transit ante Sacramentum in Cali-
ce reseruatum: & cum dicere debet Dominus vo-
biscum, non vertit se ad populum in medio Alta-
ris: ne terga vertat Sacramento, sed à latere Eu-
geliū: & in fine ibidem dat benedictionem. Hoc est
in latere Euangeliū: neque perficit circulum, sed reu-
ertitur ad medium, ne terga vertat Sacramento, nam cra-
stina dic, ob eandem causam, idem habes aperitè in Ru-
brica

brica ad Orate fratres, eandem obseruant Ministri?

4 Legitur Euangeliū S. Ioannis, in cuius Ini-
tio, Sacerdos non signat Altare, sed seipsum tan-
tum: nisi legatur Euangeliū in libro, vel missali. Dum di-
cuntur illa verba, Et verbum caro factum est, genuflecta
tur Celebranscum Ministris, paulo versus Sacra-
mentum. Hodie non licet Sacerdotibus, celebrare priuatas
Missas, ob receptam consuetudinem, faciendi unum
sacrum solemne: exemplo Apostolorum, omnes Pres-
byteri communicent; sacra enim rituum Congregatio
27. Septembris 1603. Communionem Cleri iubet in
bac Missa, in memoriam quod Christus Communicauit
Apostolos; & hoc est seruandum, licet alijs oppositum tenent.
Crux quæ est in Altari debet esse coperta cū velo Albo.

5 Hodie paretur locus aptus in aliqua Capella
Ecclesiæ, vel Altari, & decenter quo ad fieri pos-
sit, ornetur. (omnino debet esse distinctum Altare ab
Altari, in quo fuit celebratum) cum velis, seu corti-
nis, & luminibus (non igitur adhibeantur panni nigri)
vbi Calix cum Hostia, ut supra reseruata repona-
tur. Finita missa accenduntur in tortilia, & fit pro-
cessio more solito; Acolythis nimis cum candelab-
ris Crucem committantibus: Alio tamē Subdiacono
parato, id est cum Tunicella, seu Dalmat. alba, sine Ma-
nipulo Crucem ferente, etiam adhuc velata, velo via-
taceo. Celebrans indutus pluiali albo (vt illud in-
duat retrahat se extra cornu Epistole, ob presentiam Sa-
cramenti, ibique omnes deponunt Manipulos) stans
ante Altare imponit incensum in duobus Thuri-
bulis absque benedictione: deinde in medio genu-
flexus, cum altero incensat tecum Sacramentum (fa-

Et a ante, & post profunda capitis humiliatione simul cum Ministris) sine osculacione manuum, nec cathenula rum in receptione Thuribuli, ob presentiam Sacramenti, & accepto Calice cum Sacramento de manu Diaconi stantis, cooperto extremitatibus veli, quo eius humeri teguntur. Itaut Celebrans sinistra nodum teneat, & dexteram superponat Calici, procedit medius inter cundem Diaconum à dextris, & Subdia conum à sinistris, sub baldachino: & in distributione hastarum eiusdem, nobiliaribus dantur eae quae sunt in facie Celebrantis, posteriores, minus nobilibus: Cærimon. Pap. lib. 2. cap. 14. duobus Acolytis Sacramentum continue incensantibus usque ad locum præparatum, (vbi pro crastino seruandum est) quod duobus modis fieri potest; primo si Acolyti alternatim incensent ductis Thuribulis, ut fit in incensatione personarum. Secundo, si hinc inde ante procedant mouentes manibus dextris Thuribula de iisdem pendentia & effumantia, quasi sternendo viam Sacramento, cum odore incensi, qui modus videtur magis usitatus, & maiorem reverentiam connotat erga Sacramentum, quod nunquam nisi à genuflexis Sacerdotibus incensari solet. Inter ea dum fit processio cantatur Hymnus Pan ge lingua gloriosi corporis, &c. Celebrans nunquam cū alijs in processione cantat, sed secreto dicit. Conuenit vt Clerus, ad primos duos versus Tantum ergo Sacramentum genuflectat conuersus ad Sacramentum: Ministri tamen non genuflectunt, nec portantes baldachinum, sed humiliationem cum capite faciant. Cum autem veniū fuerit ad locum paratum. Diaconus genuflect. a Sacerdote stante accipit Calicem cum Sacramen

to, & ponit illum primò super Altare, Deinde genuflexione facta descendit, & rursus imponi curvet incensum, sine benedictione a celebrante stante, ut prius, amoto velo per Subdiaconum ab humeris celebrantis: ubi a Sacerdote genuflexo, incensatur Sacramentum ut supra: (dum incensatur Sacramentum cantatur. ¶ O salutaris Hostie, vel Tātū ergo Sacramētū) Deinde reponit in Capsula facta iterum genuflexione ante, & post. Clavem autem dabit illi, ad quem expectat: non enim videndus est Calix a populo, & multo minus Hostia patere populo debet. Peccata, in choro dicuntur vespere sine cantu.

6 Et Sacerdos cum Ministris denudet Alta-
ria legendo Antiphonam Diviserunt sibi vesti-
menta, &c. cum toto Psalmo: Procedat autem cele-
brans cum Diacono in albis, & stolis tantum violaceis,
cum Subdiacano in albis, sine Manipulis. Amouendæ ve-
rosunt mappæ tantum, cum pallijs, & alijs ornamentijs;
relicta Cruce velata, cum candelabris in Altaribus (ne-
que Psalmus, ideo est repetendus si multa sint Altaria.)
Conopeum Tabernaculi maioris, in quo oseruatur ordina-
rie Sacramentum; adhuc placet esse coloris viol. (stan-
dum erit consuetudine.)

7 Hoc triduo transeuntes ante Crucem, quæ est in Altari maiori, reverentiam illi faciant, cum genuflectione, quia fulget Crucis mysterium (in illo tempore) ita decravit sacra Rituum Congregatio.

8 Post denudationē Altarium, hora competenti, facto signo cum tabula: conueniunt clerici, ad faciendum mandatum: Prælatus, seu Superior, super Arietū, Albā, Cingulū, & Stolā induitur Piu-

ziali violaceis, & in loco ad id deputato, ministri
te Diacono qui paratus cum Subdiacono, vt in
missa (id est cum Manipulo) paramentis albis, ei as-
sistit, imponit incensum in Thuribulo. Congruum
esset, vt ibi altare esset, cum Pallio albo, ad significan-
dam munditiam, eius gratia lanandi sunt pedes, cum
Cruce, & candelabris accensis: (poterit etiam parari
credentia, à latere sinistro, super quam collocabuntur
Missale, linteum Sacerdotis, vasa ad abluendas in fine
manus eiusdem, & alia eiusmodi cum floribus, & herbis:
scamna necessaria, cum tapetibus habeantur, pro lauan-
dis; & tapetia sint ita ampla, vt celebrans super eadem
genuflexus lauare queat, neque albam fædii). Deinde
Diaconus librum Euangeliorum ante pectus te-
nens, genuflexus ante superiorem imposito prius de-
more incenso cum benedictione, in Thuribulum, à celebrā
re stante in cornu Epistolæ, petit benedictionem: qua
accepta, stantibus duobus Acolythis, cum can-
delabris accensis, & Subdiac. librum tenente, sig-
nat librum, & incensat, & cantat vt moris est Euā
gelium: Ante diem festum Paschæ, vt in Missa. Quo
finito Subdiac. portat librum apertum, osculan-
dum superiori, & Diaconus cum, de more incen-
sat. Si fiat processio à Sacristia ad locum destinatum: Sub
diaconus ferat Crucem medius inter Acolythos cum can-
delabris accensis more solito, quam deponit propè Alta-
re, in cornu Euangelijs (Finita incensatione celebra-
tis deponuntur Manipuli à Ministris, vt ei liberius inser-
niant.) Postea à superior exuitur Pluuiali, & per Dia-
conum, & Subdiaconum præcinctus linteum, &
sic præcinctus, assistentibus sibi ijsdem Dia-
co-

no

no, & Subdiac. accedit ad lotionē pedū: & per or-
dinē dispositis ijs qui lauādi sunt: Clericis Pcluim,
& aquā ministrantibus, Subdiac. singulorū pedem
dextium tenente, genuflexens, singulis illorū pe-
dem lauat, extergit, & osculatur, (nullo factō super
pedem signo Crucis manu celebrantis) Diac. præbente
linteum, ad abstergēdum, Stabit ideo Diaconus à dex-
tris, coliget linteum, ipsum quo celebrans est præcinctus,
& extendet; nō autem Diaconus infundet aquam pedibus,
quod aliqui scripserūt nimis aperte contra Rubricam.
Et interim hæc subscripta cātantur, Omnia vt in Missali.
9 Post lotionem superior, vel qui alijs abluit pe-
des, lauat manus & abstergit alio linteo: deinde re-
diēs ad locū, ubi prius fuerat, accipit Pluuiale, &
stans capite dextro, in medio ante Altare dicit mani-
bus iunctis tenentibus librū Diac. & Subd. orationes cū
versibus vt in Missali. Finitis omnib. exuitur ibidē supe-
rior, vel reddit ad Sacrestiam Ordine quo venerat.

Fer. 6. in Parasceue.

1 Offic. sic vt in Breuiar. & in versu Chri-
stus factus est pro nobis additur usque ad mortem
autem Crucis. Et sic dicitur usque ad Complet. ad
omnes horas. Finita nona, (qua cum alijs horis sine
lumine dicūtur) Sacerdos, & Ministri induti paramē-
tis nigri coloris: Ministri cum Planetis, seu in Al-
bis, sine luminaribus, & incenso, procedunt ad Al-
tare: Altare erit nudum cum Cruce velata, velo nigro,
ita vt suo tempore facile queat detegi, & Candelabris
sex obscuri potius coloris, & candelis, ex cera commu-
ni non alba, ex tinctis: credentia simplici linteo cooper-
ta, in superiori tantum parte, cum necessarijs tantum.

pa

ad officium; nempe bursa corporali, & purificatoris, am-
pullis vini, & aquae, vase vitro, ad ablutionem digito-
rum. Missalibus duobus, & Cusino mappa loga pro altari,
velo longo albo, pro celebrantis humeris, ad Sacramen-
tum deportandum, & candelabris Acolythorum, cum
candeli extinti: etiam cera communis, procedunt igitur
praeuentibus Acolythis sine candelabris, uno post a-
ttum, ut ad Missam, & ante illud prostrati aliquan-
dum orant, saltim spatum Psal. Miserere mei per to-
rum. Interim Acolythi unam tantum togaleam
extendunt super shase, & Missale apertum cum Cus-
fino collocauntur. Sacerdos, cum Ministris facta ota-
tione ascendit ad Altare, & osculator illud in me-
dio; ut in initio Missae fieri solet. Deinde Lector aces-
cedit ad legendum Prophetiam in loco ubi legis-
tur Epistola, & incipit eam sine Titulo in fine Le-
ctor non osculatur manum celebrantis, quam cuam Sa-
cerdos legitur submissa voce apud Altare in cor-
nu Epistole.

2 Finito Tractu, Sacerdos in cornu Epistole dis-
cit, oremus. Diaconus genuflexit ante alios dicem
Fleamus genit. Subdiaconus ante alios surgit di-
cens, Leuate, sedis stat celebrans, ad orationem, Minis-
tri stant, ut in Missa.

3 Subdiaconus in tono Epistole similiter, sine
Titulo cantat sequentem lectionem in fine, Subdia-
conus non osculatur manum Celebrantis.

4 Finito Tractu dicitur Pater noster nundum pal-
pitum. In cornu Euangeli, in plano Capella, quam ce-
lebrans submissa voce legit in cornu Epistole. Legitur,
jen cantatur Pater a tribus Diaconis indatis, ut in

alijs Passionibus, cum manipulo, & stola Diaconi si-
gra, & omnia alia sunt, ut in alijs passionibus. Quod
sequitur legitur in tono Euangeli, & dicitur Munda
cor meum, sed non petitur Benedictio, & non deferantur
luminaria, neque Incensum, & Celebrans in fine non of-
fatur librum, non dicitur Laus tibi Christe in fine.

5 Deinde Sacerdos stans in cornu Epistole incipi-
pit absolure. Ministri stant post celebrantem, (ut in
Missa) Celebrans dicit monitionem primam manibus iun-
ctis, orationem vero manibus extensis, neque unquam pe-
nusflexit, & sic deinceps usque ad finem orationum. Ad
monitionem pro Iudeo non responderet Amen. Omitti-
tur autem oritos, quia orat, pro ijs utrumq. non sal-
uandis, nisi in fine mundi, Itē non genuflexuntur gena,
quia ijs genibus flexi illuserunt Christo. Ordo Roma.

6 Completis orationibus Sacerdos deposita ca-
sula accedit ad cornu Epistole, & ibi in posteriore
parte anguli Altaris, accipit a Diacono Crucem iam
in Altari preparatam, quam verba facie ad populum,
a sommitate parum discooperit, incipiens solus An-
tiph. Ecce lignum Crucis, ac deinceps in reliquis
iunctur in cantu à Ministris usque ad veritate ado-
remus. Choro autē carōte, venite adoremus, omni-
nes se prosternunt: excepto celebrante. Deinde pro-
cedit ad anteriorem partem anguli eiusdem cor-
nu Epistole, & discooperiens brachium dextrum Cru-
cis, cleuāsque eam paulisper, altius quam primo
incipit. Ecce lignum Crucis, alijs cantantibus, &
adorantibus, ut supra. Deinde Sacerdos procedit
ad medium Altaris, & discooperiens Crucem ter-
titer, ac cleuans eam, tertio altius incipit. Ecce lig-
num

num Crucis, alijs cantatibus, & adorantibus ut supra. *Fit prostratio, non tamen usque ad terram, sed genibus flexis, & capite valde de missa.* Tertia vice profiterimur, ut eam osculemur, ut nimirum Christum Crucifixum omni humilitate veneremur.

7 Postea Sacerdos solus portat Crucem, ad locum ante Altare preparatum, sineulla inclinazione facta Altari. Acolybi dum denuo latur Crux, extendant tapete pulchrum, cum Cussino pretioso, & velo longo albifusco supra gradus Altaris versus planum Capella, & genuflexus ibidem eam locat. Celebrans ibidem depositat Crucem super velum, & Cussinum: nota aduerbius (Altius) concordare etiam cum verbo (Incipit) nondum cum verbo (elephas) ita ut, & vocem, & Crucem elephas alius Sacerdos una simul, mox depositi calceamentis, latere Epistola: accedit ad adorandum Crucem ter genua flectens, antequam eam de osculetur: hoc factore reverenter sive genuflexionibus, sed vix sit prima genuflexio verso facie ad Crucem faciat humilationem profundam, & accipit calceamenta, & Casulam. Postmodum, Ministri Altaris deinde alij Cletici, & Laici bini, & bini, ter genuibus flexis, ut dictum est Crucem adorant. Ad singulas adorationes dici potest *Adoramus te Christe, & beuen dicimus tibi, quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.* Ordo adorationis est, ut quilibet Laicus, etiam Princeps, post Clerum adoret, Celebrans adores solus Pralati vero si qui adsunt post celebrantem: Deinde Ministri, & Diaconus cum sua stola latiori; Subdiaconus autem in albis, alii de Clero in suo quisque habitu Chorali, calceis tantum depositis; ex landabili consuetudine.

Interior

Inteūm dum fit adoratio Crucis, cantantur impropria, eadem legat Sacerdos sedens cum Ministris, & alia quæ sequuntur, vel omnia, vel pars eorum pro ut multitudine adorantium, vel paucitas requirit: Hoc modo. Duo cantores in medio Chori cantant, &c. ut in missali, si repetitio est facienda, ob longiorum adorationum fiat ab hymno, *Pange lingua,* &c. ut in Missali.

8 Circa finem adorationis Crucis, accenduntur candelæ super Altare. Et item ea, quæ super credentiam habentur pro Acolybis, & Diaconus accipiens balsam Corporalium, extendit Corporale more solito, & iuxta illud ponit purificatorium; ad cornu Epist. loco solito, (et runc etiam transferitur à carinario Missale, ad cornu Evangelij) & finita adoratione: Crucem reverenter accipit, & reportat ad Altare, quo casu nemini reverentiam faciat, sed & celebrans assurgat transversi Crucis, qui genuflectit simul, cum Subdiacono. Amoneantur statim ab Acolybris tapete, & Cussinus, cum velo. Si multus adest populus, poteris colloqui alia Crux à Sacerdote, cum folia nigra ante oīnd Altares; ad quam adorandam accedunt, cum mares, cum fæmina ne processio nimis differatur. Postea ordinatur processio ad locum ubi pridie Sacramentum repositum fuerat. Precedat alter Subdiaconus sine Dalmat. & Manipulo, cum Crucis discoorta inter duos Acholythos deferentes candelabra cum cereis acensis, duo Thuriferarij precedunt Subdiaconum, sine incenso in Thuribulis (quia uondu est Processio sacra) & Cletus per ordinem, ultimus Sacerdos cum Ministris: & ideo itur ad.

sacram ponit super corporale nihil dicens, (Sacerdos sponte non debet tangere Hostiam) si tetigerit Sacramentum, digitos abluit in aliquo vase. Interim Diac. imponit vinum in Calicem, & Subdiac. aquam, quam Sacerdos non benedicit, nec dicit super eam orationem consuetam: sed accipiens Calicem a Diac. ponit super Altare nihil dicens, neque signum crucis, ut alias faciens cum patena, aut Calice, & Diaconus, illum cooperit palla: Deinde imponit incensum in Thuribulo absque benedictione: cum benedictione, quia noua rubrica est in recognitione Missalis addita: incensat oblata, & Altare more solito genuflectens ante, & post, & quandocumque transit ante Sacramentum, cum incensat oblata dicit: incensum illud &c. & ipse non incensatur.

9 Postea aliquantulum extra Altare in cornu Epist. lauat manus, Facie ad populum versa nihil dicens: sed noua rubrica addita est in recognitione Missalis a SS. D. N. Urbano VIII. ut incensum imponat in Thuribulo cum benedictione: Deinde in medio Altaris inclinatus, id est super Altare iunctis manibus dicit. In spiritu humilitatis, &c.

10 Deinde versus ad populum, in cornu Evangelij dicit more solito, Orate fratres: Et dum se verit, caueat ne, vel minimum terga vertat Sacramento, ut mox aicitur.

11 Et per candem viam reuertitur non perficiens circulum: & consequenter, omissis alijs, dicit: Oremus Praeceptis salutaribus, &c. Et si omissis alijs; ergo non dicitur (suscipiat) neque aliud quicquam quod hic non sit descriptum.

ad locum destinatum per viam breuiores. (Ibi omnes genuflexi, orant excepto Subdiacono, qui gestat Crucem, & Acolythis) Cum peruentum fuerit ad locum Sacramenti, accenduntur in tortitia, quæ non extinguntur, nisi post sumptionem Sacramenti, & Sacerdos genuflexit ante Sacramentum, orat aliquantum: Diaconus interim, aperit capsulam, in qua repositum est Corpus Domini. Postea Sacerdos surgens, absque benedictione imponit incensum, in duobus Thuribulis, Diacono nauiculam ministrante sine osculatione manum, seu Cathenarum, & genuflexus incensat Sacramentum: & statim imponitur eius humeris velum longum album (non nigrum) tu Diac. extraens Calicem, cu Sacramento de Capsula, dat, ad manus Sacerdotis. Nimirum stans Diac. & tegit extremitatibus veli, quod humeros illius circundat, & procedunt ordine quo venerunt: defertur baldachinu super Sacramentum, & duo Acolyti cu Thuribulis continue Sacramentum incensant. Interim cantatur, Hymnus, Vexilla Regis prodeunt. Cum venerit Sacerdos ad Altare, Clerus, in piano Capella circu Altare genibus flexis, & Subdiac. Crucis, deposita Cruce, in latere Epist. genitilebit, Acolyti deponunt Candelabra super credentia, posito super illud Calice; nam Diac. genuflexus accipit Calicem de manu celebrantis stantis, & ponit super Altare, genuflexit, descendit, ministrat nauiculam stanti Sacerdoti, pro impositione Incensi, & deposito humeroru velo celebrans genuflexus rursus incensat Sacramentum ut prius, & accedens deposito Hostiam ex Calice super patenam, quam Diaconus tenet, & accipiens Patenam de manu Diac. Hostiam sacram

12 Sacerdos sub silentio dicto Amen, cuius us
ce qua dixit Pater noster, ab solutè sine Oremus, in
tono orationis missæ ferialis, dicit; Libera nos. Dia
conus ad Pater noster descendit cum Subdiacono post re
lebrantem dicit autem manibus extensis, neque se signat
cum Patern.

13 Tunc celebrans, facta reverentia usque ad
terram supponit Patenam Sacramento, quod in
dextra accipiens eleuat, ut videri possit à populo,
quam tenet manu sinistra posita super Altare, non eleua
tur Planeta, nec incensatur Hostia; eleuatur autem al
tera tantum manu ad differentiam elevationis, quæ fit
post consecrationem. Et statim supra calicem dividit
in tres partes, quarum ultimam mittit in Calicem
more solito, nihil dicens, & sine aliquo Crucis signo,
(& licet hic dicatur more solito cadit hoc verbum su
per rotam Hostie dimissionem, non præcisè super immisio
nem particula in Calice.) Pax Dñi, non dicitur, neq.
Agnus Dei, neque pacis osculum datur. Postmo
dum prætermis duabus primis orationibus, di
cit tantum sequentem, Perceptio, &c. (& dicitur
manibus iunctis.) super Altere, ut alias. Fit cōmuni &c.

14 Deinde ommissis omnibus, quæ dicit solent
ante sumptionem sanguinis (Diaconus Calicem dis
cooperit, & cum celebrante genuflexit.) immediate
particulam Hostiæ cum vino tenuenter sumit de
Calice) & non se signat cum Calice, ut alias) Et more
solito, facta ablutione, digitorum, & sumpta puri
ficatione, in medio Altaris inclinatus manibus
iunctis dicit. Quod ore, &c,

15. Non

15 Non dicitur Corpus tuum Domine, nec post
Communio, nec Placeat tibi, nec datur Benedi
ctio; Sed facta reverentia Altari, Sacerdos cum
Mili iitris discedit. & dicuntur vespere sine cantu,
& denudatur Altare. Diaconus librum claudit, sub
diaconus plicato Corporali, & in bursam posito; repor
tat Calicem ad Credentiam; & postremo, cum debitis re
verentijs rediunt omnes unde, & modo quo venerunt.
16. Denudatur Altari ab Acolythis à quibus nudatur,
& credentia; post vesperas extinguntur candele Altaris.
Sabbato Sancto.

1. Officium fit, ut in Breviario, sed in versu Chri
stus factus est pro nobis, in fine Laudum: additur
Propter quod, & Deus exaltauit illum, & donauit illi
nomen, quod est, super omne nomen. & sic dicitur ad
omnes horas usque ad Nonam. Hora competen
ti dicta Nona, & non ante ex decreto Urbani VII.
Anno 1095. Cooperiuntur Altaria, & dicuntur
horæ. Candolis Altaris (ex cera alba) extinctis us
que ad principium Missæ, Sed connemunt duplice pale
leo vestiri Altare maius: violaceo nimbo super Album,
iū ut remoueri citè queat violaceum circa finem Lita
niarum: Carens etiam Benedicendus collocabitur cum
suo Cundelabro, in latere Evangelij. Ante cæreum Legi
te vestitum ueste alba, & super illud Missale non aper
tum. Interim excutitur ignis de lapide foris Eccle
siam, & ex eo, accenduntur carbones, Dicta Nona
Sacerdos indutus Amictu, Alba, Cingulo. Stola,
Pluiali violaceo, vel sine Casula: Astantibus sibi
Ministris, in violaceis sine Manipulis, cum Cruce, A
qua benedicta, & Incenso, Crucem gestare debet Sub
dia;

diaconus quem precedunt Acolythi tres, cum aqua benedicitur Thuribulo, sine igne cum naunicula, & peluicula, cum quinque grana incensi, & hoc eodem ordine procedunt ad portam ante portam Ecclesie, si commode potest, velim ipso aditu Ecclesie. Crux cum subdiacono sit, in porta ante faciem celebrantis. Igne autem inficula super scamnum coram Celebrante, ubi etiam forcipes ferrari, & candelula, cum lignis sulphuratis parari debent, benedicit nouum ignem dicens manibus iunctis, ut in missali.

2 Deinde benedicit quinque grana incensi ponenda in cereo, dicens absolute hanc orationem. Quidam addunt aliam incensi quantitatem una cum quinque granis benedicendam; sed aliquid. An, ut ea deinde in naunicula immittatur denuo à Celebrante benedicta, ut adoleat ignem, & grana superfluit hæc duplex incensi benedictione, & preter Rubricam. Celebrans non dicit Oremus, quasi coniungens nouam benedictionem incensi, sum praecedente benedictione Ignis,

3 Dum benedicit grana incensi, Acolythus assumentis de carbonibus benedictionis, ponit in Thuribulo supra altius cantat, lumen Christi. Rx. Deo gratias. & finita oratione supradicta, Sacerdos, de naui Tertioprocedit ante Altare ubi acceditur tertia cedula, & rursus genuflexus, ut prius adhuc altius Ind more solito: deinde prædicta grana incensi, & dicit, lumen Christi: Rx. Deo gratias. Deinde Celebrans ascendit ad Altare in cornu Epistolæ & Diaconus dat arundinem vni Acolyto: & accipiens librum, petit à celebrante Benedictionem, ut fit ad Euangelium, Sacerdote dicente ut in Missali. &c.

4 Tum Diaconus indutus Dalmatica albi coloris

ris, cum Manipulo Accipit arundinem cum tribus candelis in summitate illius triagulo distinctis. Præcedit Thuriferarius, posito prius incenso à Celebrante in Thuribulum more solito, Ministrante Diacono cum Acolyto, deferente in vase quinque grana incensi: Népe a dextris Thuriferarius, sequitur Subdiaconus cum Manipolo violacei col. cum Crucifixo, & Clerus per ordinem: deinde Diaconus, cum arundine, ad cuius sinistram eat Acolythus, cum candela accensa de novo igne in processione, post eum Celebrans. Cum Diaconus ingressus est Ecclesiam, Et Celebrans etiam post eum (non ante) inclinet arundinem, ut Celebrans quoque genuflectatur infra Ecclesiam, & Acolythus deferens candelam accensam de novo igne, accendit unam ex illis tribus candelis desuper positiss & Diaconus eleuans arundinem genuflectit, similiter, & omnes alij cum eo, preter Subdiaconum ferentem Crucem, & cantat solus lumen Christi, Rx. Deo gratias. Et procedens ad mediū Ecclesie, ibi acceditur alia candela: & iterum genuflectit, ut

tris rerum benedictarum, & a sinistris earundem, dices: Asperges me, sine cantu, & sine Psalmo, & ter adoleat Intenso. (nimis ut aspersit nihil dicens) Internum omnia luminaria Ecclesie extinguuntur, ut de igne benedicto postmodum accendantur.

5 Postea vadit ad pulpitum, & ponit super eum librum, & incensat à dextris Diaconi: stent Subdiaconus cum Crucifixo, & Thuriferarius; à sinistris duo

Acolythi, ille qui tenet arundinem: & aliis tenēs
in vase quinque grana incensi Berea &c, figenda
in cæro. Tunc, surgentibus omnibus, & stantibus,
ut fit, ad Euangeliū. Diaconus cantat: non signat
librum, neque seipsum, neque imponitur incensum de no-
vo in Thuribulo: Ministri vero bine inde stantes respi-
ciunt librum, ut Diaconus rectam quasi efformantes li-
neam cum Diacono medio; ita tamen ut latera non ter-
ga vertant Altari.

6 Ordo fingenda grana incensi in cæro, est, ut primum
in superiori parte, alterum in medio, tertium, inferiori,
Quartum, à dextris cærei, Quintum, in sinistra.

7 Et accedit cæreum non cum candela sed cum una, ex
tribus in arundine positis.

8 Accenduntur deinde Lampades sumpto lumine, à ca-
reo ipso, vel à candelis arundinis cum candelula.

9 In fine Benedictionis cærei excepto Papa, & Episco-
po, nemo aliis nominari debet in consulta Sede Aposto-
lica. Sede Romana, vel Episcopali vacante: tacetur no-
men Papæ, vel Episcopi.

10 Completa Benedictione cærei: Diaconus de-
positis albis sumit violacea paramenta, & vadit ad
celebrantem: quod exiuit Piuiali, & sumit Ma-
nipulum, & Casulam viol.col. Crux deponatur in lou-
decenti, arundo stabilatur pede marmoreo, preparato n-
procuī a cæro) Postea legitur Prophetae sine Titulo,
in medio Chori, vel, ante Altare: & Celebrans le-
git eas submissa voce, ad Altare in cornu Episto-
læ, lectores autem non osculantur in fine manus cele-
brantis.

11 In fine Prophetiarum dicuntur orationes mo-

do subscripto manibus extensis, ut in missa. A Mini-
stris illud obseruantum, ut dum Celebrans Prophetias
legit, assistant, sicut ad Introitum Missæ. Dum ille ora-
tiones dicit, stant post Celebrantem, unus post alium: Dia-
conus dicit genuflectens ante alios, Electamus genua.
Subdiaconus ante alios, surgit, & dicit, Leuate. Celebras
autem nunquam genuflectitur; Osi sedere voluerit Celebras
post lectam in Altari prophetiam: sedeat ad scannum
consuetum, sed nudum, in latere Epistolæ: eat autem per
viā breuiorem, cum Ministris, & reeat per longio-
rem, cum debitiss reverentijs ante medium Altaris:
nullo modo sedeat ad Altare, quod Episcopo tantum con-
cedi debet.

12 Ordo legendi Prophetias, hic erit, ut primas legat
minores, postremas maiores, nisi aliud necessitas suadeat,
vel consuetudo.

13 Ante, vel interim dū prophetiae legitur: Pres-
byteri cathechizant cathecumenos baptizandos,
& preparant ad baptiūm.

14 His expiatis, si Ecclesia habuerit fontem Ba-
ptismalem, Sacerdos Benedicturus Fontem, acci-
pit Pluuiale violaceum, & precedente Crucis cum
candelabris, & cæro benedicto accenso, que por-
tatur ante Crucem, descendit cum Clero, & Mini-
stris similiter patatis ad Fontem: & interim can-
tatur lequens T. act. 15: sicut ceruus, &c.

15. Postea procedit, ad Benedictionem Fontis,
dicens manibus iunctis, & reliqua ut habentur in
Missali.

16 Vbi verò non est Fons Baptismalis, finita ul-
tima Prophetia cum sua oratione: celebrans C. -

fulam deponit, & cum Ministris, etiam in albis pro-
cumbunt, ex communiori r̄su Ecclesiarum Romæ. Cui
fini coriacei dari possunt, sub corum capitibus ante Al-
tare procumbit: & alijs omnibus genuflexis, can-
tantur Litaniæ: non inchoantes apud Fontem, sed apud
Altare, hæc, verò in medio Chori à duobus canto-
ribus, utroque Choro idem simul respondentे. Ci-
autem peruentum fuerit, ad v. Peccatores, Sacer-
dos, & Ministri surgunt, & accedentes ad Sacri-
stiam, si vicina est (aliquin, in locum viciniorum, o-
decentem post Altare omnino ante Altare: nemo Episco-
po inferior, est vestiendus licet sit loci superior, no-
nunquam est illi communicanda Episcopalis prærogatiua, ni-
si misericordia natura.) Indumenta parvamentis albi colo-
ris pro Missa solemniter celebranda: & interim
accenduntur luminaria, in Altari (& remouentur
pallium violaceum ab Altari: ornatur Credentia necessi-
tatis ad Missam solemnem) in fine Litaniarum canta-
tur solemniter Kyrie eleysion nouies, ut in missa
moris est, quod cantari debet ita tarde, ut Sacerdos, &
Ministri quicunque procedere ad Altare.
17 Interim Sacerdos cum Ministris, in paramen-
tis albis, accedit ad Altare, & dicto Psalmo Iudica
me Deus cum Gloria Patri, facit confessionem, vi-
oris est, in loco consueto: Deinde ascendit, of-
ficiatur Altare, incensat more solito, & finito a Cho-
ro Kyrie eleysion, incipit solemniter Gloria in ex-
celsis Deo, (dicat autem prius Celebrans cum Ministris
submissa voce Kyrie eleysion nouies) Pulsantur cam-
panæ. Sed adverte, ne maiores campanæ pulsentur antequam
signum datum fuerit, in Cathedrali, seu Matrice
Eccle-

Ecclesiæ, ex decreto Concili Lateranensi sessione 11. sub
Leone X. & sacra Rituum Congregat, die 21. Martij
1609. & ea tantum eo casu pulsabuntur, que sunt intra
parietem Ecclesiæ. Dato deinde signo à Cathedrali, seu
Matrice, dabitur etiam (licet deinceps longe post Gloria in
excelsis) solemne signum, ob omnibus alijs Ecclesiis cum
Campanis maioribus. Per Matricem intellige quoque
Parochialem in Diœcesi, & si plures sint Parochiales,
camque alius maior est dignitate.

18 Postea Sacerdos dicit Dominus vobiscum.
19 Finita Epistola, Celebrans incipit Alleluya in cor-
nu Epist. osculata prismanu celebrantis à Subdia. & to-
rum decantat ter elevando vocem gradatim, &
Chorus: Post qualibet vicem in eodem tono repe-
tit illud idem. Et dum cantatur sicut omnes post
quamlibet vicem in eodem tono repetit illud idem,
postea Chorus prosequitur v. Confitemini &c.

20 Ad Euangeliū nō portantur luminaria, sed
tantum incensum: petitor Benedictio, & alia sicut
de more Euangeliū legitur à Celebrante in cor-
nu Euangeliū, ut alias.

21 Non dicitur Credo, sed finito Euangeliō Sa-
cerdos dicit Dñs vobiscum, & Et cum spiritu tuo
& postea Oremus, non dicitur Offertorium Subiac.
desert ad Altare una cum Calice bursam Corporalium,
ad Lauabo dicatur, Gloria Patri, In Praefatione dicatur,
Sel in hac potissimum nocte, & Communicantes, & In-
fractio, propria de Tempore Pasibili.

22 Dicitur Pax Dñi sit semper vobiscum, sed pacis os-
culū nō datur, Agnus Dei nō dicitur, nec post cō-
munione, dicitur tamē tres cōsuete Orationes, ante
Communionem.

23 Post

23 Post sumptionem Sacramenti, pro vesperis: in choro cantatur Aña, Allel. Allel. Allel. (Conuenit ut inchoetur à digniori, qui est in Choro). Deinde dicitur Pal. Laudate Dominum omnes gentes, cum Gloria Patri in fine: & post, repetitur eadem Aña, Allel. &c. Cap. Hym. & v. non dicuntur, sed statim Celebrans: in cantu incipit Aña. ad Mag. Verpere autem &c. quæ prosequitur in Choro.

24 Deinde cantatur Magnificat cum Gloria Patri in fine, Ministri cum Celebrante dicunt Psalmum, & Mag. in cornu Epistolæ: ubi stant ad Introitum Missæ) & fit incensatio in eodem modo, ut Initio Missæ, sed præterea Incensantur alijs in Choro, vt alijs, in vesperis repetitur Antiphona. Celebrans dicit Dominus vobiscum, & Diac. Ite Missa est cum duplice Allel. &c. de more, ut in Missali. Extra Chorum, pro vesperis dicto Pater noster, & Ave Maria, & sine principio id est Deus in adiutoriu (quidquid scribant alijs contra rubricam apertam Breuiarij) cum Antiph. Alleluja ad modum duplicis recitetur Psal, & quæ sequuntur in Breuiario: quibus finitis, nihil aliud addatur, nisi Pater noster. Hoc modus firmatus est, in postrema Breuiarij recognitione.

25 Candelæ tres in Arundine positæ, ardebunt usque ad finem Missæ Sabbati sancti: & non accenduntur amplius; vel serua consuetudinem.

26 Cereus Paschalis Accendi deberé ad missas, & vesp. solemnes, In triduo Paschatis, in Sabb. in Albis, & Domin. in primis & 2. vesp. & Missa, vsq. ad Ascens. & in ipso die Ascens. vsq. ad finē Euang. In alijs; scrupulam esse consuetudinem locorum. Ita decreuit sacra Rituum Cong. 19. Maii 1607.

DE

DE HIS QVÆ ADDENDA SVNT IN MISSA
quæ Celebratur ad Altare, in quo, expositum
est Sanctissimum Sacramentum.

1 **G**enuflectiones. Omnes, & actus reuerentia vales debiti: diligenter sunt obseruādi: quos in varijs libris Ritualibus præscriptos, & sparsim, hoc loco Colligimus.

2 In primis igitur; illud est notandum, quod proponendo Sanctissimo Sacramento in Altari, pro Initio 40. Horarum, vel spiritualium exercitationem: cantari debet Missa votiva de Sanctiss. Sacramento, quæ habetur, in fine Missalis, non autem Festiva Corporis Christi (nisi Infra Octauā eiusdem festi acciderit) Et Tempore Paschali, addendum erit Alleluja, vt sit in alijs votiis Missis.

3 Dicitur una tantū oratio, cū Gloria in Excel. & Credo, & Prefat. de Nativitate. quia solet esse publica causa, non autē priuat. Missis hæc concipiunt.

4 Si vero accidat in Feste 1. vel 2. Clas. siue in Dominicæ Priuilegiata; tunc in Collegiat. Eccles. vel duę Cantentur Missæ; altera de festo, seu Dom. post Teitiā: Altera votiva post Nonam de sanctissimo Sacramento, vel una cautetur de die cū cōmemorat SS. Sacramēti: Quod Romæ fit in Capella Papæli in Domin. 1. Aduentus, & in alijs diebus festis solemnibus in Ecclesijs majoribus urbis.

5 In ingressu Celebrantis, & Ministrorum ad Altare, in quo patet SS. Sacramentum, omnes debet genuflectere in plano Capellæ utroque genu: facta vero Confessione, ascendunt, ad Altare, ubi de

deinceps genuf. Et ut unico genu, ut expeditiores sint, & Celebrans dicit: Oramus te Domine ut alias.
6 Incensatio Altaris fit de more, stante Sacerdote, dum benedicit incensum; quod item de more benedicitur: Ex ceremoniali Epis. lib. I. cap. 23. quia Altare, & Celebrans etiam Thurificari debet Pro Cruce, quæ adesse non debet: Incensatur SS. Sacra mentum à Celebrante, super altiorem Altaris gradum, cum Ministris genuflexo. Neq. Diac. osculari quidquā debet in hac Missa, quod tradi debet Celebranti: neq. manus Celebrantis in traditione rerum, ob apertam præsentiam Sanctissimi Sacramenti: quod expressè dicitur in Ceremoniali Epis. lib. 27. ca. 33. absq. osculo, inquit, Cochlearis, & manus, quidquid contra scripscerit recentior, inclinat autē Celebrans genuflexus caput suum profundè ante, & post incensationem Sacramenti.

7 Cum incensandus est celebrans, reddito Thribulo in cornu Epist. (ut moris est) descendit, & sittit se apud idem cornu, facie versa ad Populum, aduertens, ne dum mouet se, terga vertat Sacramēto, & ibi a Diac. è cōtra statē in plano Capellæ incensatur, quod erit quoq. obseruādū in altera incensatione, ad officiorū & ibidē lauabit manus. Eadem enim est ratio excusandi extra Altare, tā pro incensatione quā pro ablutione manuum Celebrantis: & utrumque seruatur in Vrbe.

8 Accedens ad medium Altaris, & recedens à medio, vel transiens ante mediū, toties quoties, semper genuflectit. Celebrans unico genu: quod, & Ministri obseruant.

9 Coa-

9 Conuertens se ad populu dicturus Domini vobis, seu alia, facta genuflectione post osculū Altaris, sittit se renibus versis ad Euág. Cornu; tum facta iterum genuflectione in medio, redit ad librū, seu Altare.

10 Diaconus, & Subdiac. non omittunt tamen osculum manus celebrantis in fine Epistol. & ante Euangelium, quod alias fit de more.

11 Si Confionandum est à Celebrante, fiat ab eo stante in Cornu Euangeli, & aperto capite: Ministri ad eius dextram stabunt extra Cornu Euangeli

12 In incensatione oblatorum: Benedicit incensum de more, & sine genuflectione incensat oblatā: tū genusflexus super altiorem gradum, vt supra incensat Sacramentū, vt initio Missæ. Diac. non amouet Calicem de medio, quia nullum est periculum effusionis eius.

13 Dicitur Orate fratres à Celebrante, ubi Dominus vobiscū sed non perficitur circulus, vt habetur in Missali Fer. 6. Parasceues, rursusque genuflectitur, quia redit ad medium.

14 In primo Memento, Oculos apertos ad SS. Sacramentū versos habeat. Reliqua vñq. ad Communionē inclusive, fiant vt in alijs Missis, à Communione ad finē Missæ: fiant genuflectiones, & conuersiones ad Populu, vt numero 8. & 9. dictum est.

15 In Benedictione Populo dāda, dicto Omnipotēs Deus, genuflectit Celebras, & in latere Euang. bene dicit, nō perficit circulū, neq. in medio genuflectit sed in eodē latere, cōuersus statim ad Altare, signat librū, seu tabellā Euang. ultimi nō Altare, quamvis Sacramētū esset altius Altaris: est enim, ac si esset in Altari.

16 Re-

36 Recedit cum Ministris ab Altari, cum genu
fi cuone, in Piano Capelle; utroq. genu f. Et i: vel
i: facienda est Processio, pro fine orationis publi-
cae: Et i: p. ope Altare genuf. ctione, in medio, ad
cendit extra cornu Epistole, vbi depositis mani-
polis, a se & à Maistris cum Casula: In duit Cele-
brans Pluuiale Abo; Deinde, itans ante Altare, in
superiori gr. duumponit incensū in duobus Thuri-
bulis (absq. benedictiōne) ministrante Diacono (sine
osculistamen Catechitarum, & manus Celebrantis) ge-
nuflexus in superiori gradu, cum a tero, ante & post
saltā profunda Capitis humiliatione simul cū Ministris,
ut incensat Sacramentū in Tabernaculo ostenso-
ri op. sicut: Icinde accedit ad Altare facta prius
genuf. ctione; amouet Tabernaculum, seu Custo-
diam de loco suo, ponit super Altare, qui ratus in
censat ut prius: Non deferatur Tabernaculum sanctissi-
mi sacramenti humeris Sacerdotum sed manibus tantum
Celebrantis; non obstante qua ris contraria conuentione,
quam abusum esse declarauit sacra Rituum Congreg. die
2. Iunij 1618. accepto Tabernaculo, seu Custodia
de manu Diaconi stantis cum velo longo albo de
collo; fidente fit processu, Imago vero quae est in Hos-
tia, debet terga vertere Sacerdoti: Clerus immediate
præcedat celebrantem cum cæreis accēsis ceteri:
sive confratres, sive Regulares, Ante clerum pro-
cedant, cæreosq. gestent omnes, ea manu qua ex
tina sive exterior. Cui que est, altera pectori ad-
motia: Hymni decantentur alternatim; qui à Ce-
lebrante dici possunt cum Ministris submissa vo-
ce: Thurifarij continuo incensent sacramentū
durant-

durante Processione. Modum incensationis, de Bal-
dachino, & hastarū distributione diximus in feria
5. Cænæ Domini. De circulo, & via procedendi
standum erit locorum consuetudine: Qui crucem
defert, congruit, ut veste Subdiaconali in dutus,
sine manipulo tamen, & procedat medius inter Aco-
lythos cum Cadelabris, & cæreis accēsis, ut alijs
dictum est, in honorem Crucis, & Crucifixi sicut
fit in Altari.

17 In fine Processionis, Subdiaconus deponit
Crucem in loco decenti: Cæroferarij, Candelabra
in credētia, & cum clero genuflectunt Omnes; De-
posito Sacramento super Altari, cum Ministerio
Diaconi, ut in Cæna Domini imponitur Incensū
in Thuribulo à celebrante stante (absq. benedictiō
ne) ministrante Diacono, fit Iacensatio tria, (fa-
cta prius & post cum capitis profunda humili-
tione simul cum Ministris, genuf. xo) cantante in
terim (Clero genuflexo, & circum Altare) ultimos
duodecim versus Hymni Pangelingua: Tantum er-
go Sacramentum &c. quibus dictis cantatur. à duo
bus Clericis Panem de Celo &c. & à Celebrante stā-
te: Ministris vero genuflexis, & librum sustinenti-
bus hinc inde, dicit: Dominus vobiscum, cum ora-
tione Deus qui nobis sub. Sacramento &c. nihil qua a-
liud addens, Ascendit ad Altare genuflectit, & ip-
semet, nullo Diaconi ministerio, accipit velatis ma-
nibus ut prius Tabernaculum, seu Custodiam: Be-
nedicit cum eopopulum, (facit Hostiæ ad eum & é-
versa,) in modum Crucis, semel nihil dicens, &
girum perficiens reverenter reponit. Hæc ferē
omnia

omnia ex Rituali Romano.

18 In Missa priuata, quæ celebranda erit in Alta-
ri, in quo lacra Eucharistia est exposita, facta genu-
flectio in infino gradu Altaris, ascendit ad Altar-
ate, & facta alia genuflexione, collocat Calicem in
meio Altae, deinde fit 3. genuflect. & vadit ad li-
biu seu Missa. Ic: Reliqua obsecruari debet quæ su-
pra diximus: deceptis que sunt propria solenis Missæ.
19 Neq. illud omittatur, quod præscriptissimum de
manu ablutione extra Altare. Quidam sumunt ab-
lutionem digitorum, antequam redeat ad medium Alta-
ris ob Sacramenti reverentiam: sed non video irre-
verentiam, in sumenda Purificatione Calicis in me-
dio Altaris: ergo neq. digitorum: quare placet ex co-
muniensi visu: Ritus communis omnibus Missis.

*Decreta à sacra Rituum Congregatione, in Ordine ad
Missam, & Diuinum Officium, post Missalis, ac Bre-
uiarij Romani Recognitionem Urbani VIII.*

1 Poteſt Celebrati Missa pro defunctis ritu de-
Requie in Dominicis & Festis in sepulto, &
in Ecclesi. p. æſente Corpore unica tantum Sacra Ri-
tu Congreg. die 23. Maii 1603, ubi nimis riget co-
ſuetudo sepeliendi defunctos simul cibis Missa, si quis autem
moritur in die S. Paschæ, Corpus eius reseretur in sequē-
tē diē ob reverentiam Paschæ, Rituale Romanum Pauli F.
2 Si terminatur Procesſio Litaniarum maiorum, ad
Eccles. S. Marci, catatur ibi Missa de S. Marco. Eadē
S. Cōgreg. die 23. Maii 1603. nisi transferatur Litania
a propria die S. Marci quia tunc dicitur Missa de Rogat.

3 Gi

3 Cineres, qui imponuntur capitib. fidelium, debet
esse aridi: non in modum luti sunt distribuēdi 23.
Maii 1603.

4 In Canone Nomine Antistitis, non sunt nomi-
nandi superiores Regularium, die 12. Nouembris
1605. Nec inferiores Episcopis.

5 Missa de Annuntiatione B.M. V. non est cele-
branda à fer. 5. in Cœna Dñi usq. ad fer. 3. Paschæ
inclusive, die 9. Maii 1606.

6 Gloria in Excelsis cum Credo omittitur, in voti-
bus pro re graui quando dicuntur cum paramen-
tis violaceis, die 19. Maii 1607. res autem grauis est
pro qua cōueniat totus Clerus cum Episcopo eadem, die
S. Riz. Congregat.

7 Tollerari possunt Missæ de Requiem in Festo
duplici quod nō est depræcepto, ad implendas volū-
tates Testatorum non ad arbitrium viuorum, die
1. Septembris 1607.

8 In Altari, priuati oratori, cui conceditur ex pri-
uilegio Apostolico, Celebratio Missæ (exceptis scilicet
lemnioribus Festis) non potest in eo Celebrari, in
Natali Domini, Epiphania, paschate, Pentecostæ,
Annuntiat. Assumptio, B.M.V. Festo SS. Apostolo-
rum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum; ac etiam
Patroni loci, die 17. Nouembris 1607.

9 Communio Cieri facienda est in Cœna Domini,
die 27. Septembris 1608.

10 Clavis Hostię repositæ, in fer. 5. Cœna Dñi nō
debet dari layco, die 30. Iulij 1610.

11 Missæ defunctorum certo die dicendæ, eo im-
pedito transfringit in sequentē, die 27. Maii 1608

32 Sab.

12. Sabbato Sancto nō sunt Pulfande Campana
ante Cathedralis, seu Matricis signum, die 21. Ma-
tij 1609. Neque in Diœcesi ante Parroquialem.

13. Tenentur Canonici, ad Cantandam Missæ, de-
die, ut laicentor distributiones, die 25. Junij 1611,
& 28. Januarij 1612.

14. Neque ob Missam votiuam, seu pro defunctis
potest omitti Missa de die 16. Januarij 1627. a
rogauit Sacra Congregat. omnem contrariam &
suetudinem 12. Julij 1628.

15. Diaconus, non debet dare pacem laycis, ne-
quæ Domino locis, die 5. Julij 1614.

16. Regulares debent Crucem ferre, in Processio-
nibus, cum velo serico, scupanno, die 14. Janua-
rij 1617.

17. In oratione Acunctis Nomina Patronorum,
S. Michaelis, vel S. Ioannis Baptiste, praeponi de-
bent Apostolis, die 22. Augusti 1620.

18. In Fer. 6. Parasceue si in eisdem Festum Annun-
tiat. B.M. V. non tenentur fideles, ad Missam au-
diendam 19. Februarij 1622. neque in eadem die
distribuenda est Eucharistia alijs, quam infirmis.
Si autem in Sabbato S. delictentia superioris ubi popu-
lus, est multus. Celebrari possit alia Missæ, ut commod-
posset Populus audire Missam. Sine autem licentia Su-
perioris, non licet alias Missas celebrare. Obiecta autem
licentia à Superiori: Non nisi post, In choate saitē sole-
ne Sabrificium, Depositoq. luctu, & merore Ecclesiæ, qua-
erit post Epistolam, dictam à Celebrante Atletuya. Et si in
Fer. 5. in Cana Domini occurrit, de licentia Superioris
possunt Celebrari Plures Missas, id est ante Inchoationem

solemnis Sacrificij: Et, Quod diellum est de Festo Annun-
tiati. B.M.V. intelligi potest, de quocunq. Festo de præcep-
to: Ut Patronus, seu Titulus Ecclesiæ. Dicitur,

19. Missa Rosarij prohibita fuit; Concilia tan-
tum Fratibus Dominicanorum Ordinis, die 25.
Junij 1622.

20. Missæ Certis Regularibus concessæ; non pos-
sunt ab alijs dici, etiam, in ipsorum Regularium
Ecclesiis. 19. Novemb. 1622.

21. Usus Annuli in Missa, prohibetur Prothono-
tarijs, non participantibus, & quibuscumq. alijs Do-
ctoribus, die 11. Februarij 1623. itē & Canonicis
Cathedraliū, fuit prohibitus, die 20. Nouemb. 1623.

22. Vicario Generali; icet sit Prothonotarius, nō
debent accendi quartuæ Candalaæ, &c. duo Ca-
pellani ministrare, die 7. Augusti 1627.

23. Neque debent ponni paramenta in Altari; ni-
si pro Episcopo 7. Julij 1612.

24. Qui habet onus Celebrandi Missam de Rosa-
riis (exceptis Dominicanis) possunt aliam dicere
de B.M. V. die 6. Maij. 1623.

25. Usus Pilori, in Missa, etiam extra Canonem,
concedi debet à Papa, non ab alio. Congreg. Car-
dinal. super regula Episcoporum 2. Ianuarii 1590:
& 17. Ianuarii 1595. Concessis extra Canonem,
usum Pilori Episcopo Faustino, & Resp. Archie-
piscopo Vibianus: eo non posse vii sine licentia Se-
dis Apostol. Idem postea ientit Sacra Ritu Con-
greg. die 31. Ianuarii. 1626 & Canon ipse, prohibet
Episcopo velatum caput: ergo neq. secum, neq. cù
alijs dispensare potest.

26 Celebrans, qui distribuit Cincres, Candelas,
& Palmas, detecto Capite distribuat. Die 18. Iu-
lij. 1626.

27 In Missa fer. 4. Temporum occurrentis, in
die octa Nativit. B. M. V. Præfat. ferialis dicitur.
Die 12. Decembris 1626.

28 Signum, quod fit, cum Patena a fronte, ad
Pectus; fit integræ, cum signo Crucis. Die 17.
Martij 1627.

29 In Altari, certis diebus Priuilegiato, non potest
in ijs, dici Missa de Requiem, in Festo dupli-
ci precepto. 34. Aprilis 1627.

30 Communicantes, Infra octa. Ascensionis; con-
tingit seperari à præfatione 28. Augusti. 1627. Ca-
sus autem talis esse potest, si occurrat Festum S.
Apostolorū Philippi & Iacobi Infra octa. Ascer-
nā Præfatio, crit de Apostolis, Cōmunic. de Ascer-
licer in Missa, nulla fiat Commune. Idque acciderit
potest etiam, in Inventione S. Crucis; & in Mis-
sis votiuis solemnibus, quæ dicuntur Infra eadem
octa. & habeant præfationem propriam.

31 In Festis primæ classis, non dicitur oratio
Deus refugium, Iussa dici à majoribus per annos
28. Augusti. 1627. Accidit N. à superiori decen-
pro publica causa: Quotidie dicendam orationem
Deus refugium, seu aliam; & tunc dicitur, vel le-
co tertiae, ad libitum, vel additur uti Commune.

32 In fine Missæ, ad quodecumq. Altare Celebra-
tæ, fit reverentia Crucis, infra gradus, Capite sem-
per aperto. Die 28. Augusti. 1627.

33 In diebus, quibus prohibetur fieri de Festo
duplici,

duplici, non possunt dici Missæ votivæ, neque de
Requiem: eadem die 28. Augusti. 1627. Nimisrum
Infra octa. Epiphany. Pascha, Pentecost, in Hebdom.
maiori. Fer. 4. Cinerum, & in vigilijs Nativitat. Domini.
ni, & Pentecost.

34 Duplex Offic. fit de Sancto cuius Reliquia
est insignis, & approbata. 3. Iunij 1627. & die 8.
Aprilis 1628.

35 Missæ Defunctorū certo die dicendæ, eo impe-
ditio, trāsferuntur in sequentiē. Diē 27. Septēb. 1608.

36 Capellani Monialim, Breuiario utentium
nō Romano, dicere possunt Missam de S. Ordinis,
de quo Moniales Offic. sed cum Missali Romano
20. Nouembris 1628.

37 In Parochie, non immittitur particula in Ca-
licē, cū signis Crucis consuetis. Die 28. Aug. 1627.

38 Sèpius decretum est, Episcopos, caretæ faculta-
te delegandi alijs, Benedictionem Paramentorum
& earum rerum, in quibus vñctio non adhibetur.

39 Si ob terram frigiditatem: Populus veniat ad
Ecclesiam tarde: pro solemnni Missa, decreuit Sacré
Ritu. Congregat, præstare, quod recitetur tardius
Hora Tertia, quam, quod cætetut Missa de Festo
post sextam.

40 Teste Alcocer, Sacrae Cōgreg. concessit insig-
nioribus Regulariū Ecclesijs: usum Planetarum
Plicatarum.

41. Eodem Teste, eadem decreuit, Celebrantē, &
Ministros, sedere posse; dum cantatur Graduale.

42. Missæ, quæ circū feruntur à Sacra Ritu. Cōgreg.
nō approbatæ; ut S. Gregorij pro viuis, & Defunctis.

xv. Auxiliatorum, & de Patre Eterno, & quaecumque
aliæ, exceptis ijs, quæ innt permisæ certis Regula-
ribus tantum; Veluti hæc sacerdoti S. Mariæ de Carme-
lo, & aliæ: sicut etiæ in officia, ab eandem non ap-
probata, Sacra eandem Congregatio capitulo huius re-
jecit omnino, & damnavit respectu eis, & pre, pro-
hibitis, reiectis, & damnatis hunc bere voluit s. Aprilij
1628.

43. Declarauit autem neuisimæ Sacra Congre-
gat, per hoc decietum non prohiberi Missas. xxx.
a. S. Gregorio, pro defunctoris institutis.

44 Abrogatus fuit abusus, Defendendi nocte, in ser-
vicio, Paralceue, Sanctissimam Eucharistiam, a Sacra
Congregat, super negotia Episc. die 22. Maii. 1596.

DECRETA. QVÆ DIVINUM OFFICIVM Respiciant.

1 Consecrator Eccles. potest, in actu Consecra-
tionis, latuere alium diem, pro Anniuersa-
ria eiusdem consecratione 19. Februario. 1585, ex-
tra vero, ad Sedem Apostolicam est recurrentum.

2 Qui sunt de gremio alicuius Eccles. debent re-
citare Officium, quod in Choro dicitur, licet moten-
tur alibi: die 8. Septemb. 1602.

3 Clerici, licet ad scripti alicui Eccles. & eiusdem
seruitio, non tamen obligati Choro, & quicumque
alii Clerici seculares, Regulares vñ, in Ciuitate, vel
Dioecesis, Commerantes; non tenetur recitare officium
propria Sanctorum illius Dioecesis, vel quæ Consue-
tuimus, in eadem Eccles. recitantur in Choro. die
8. Septembbris 1605.

4 Officia, & Missa B. Rochi Conceditur tan-
tum

tum in Eccles. eiusdem 26. Nouemb. 1626.

5 Non possunt addi, Nomina Sanctorum Lita-
nij, reque Patronorum. 23. Martij 1631.

6 De Sancto Canonizato non potest fieri offi-
cio, extra prop. Eccles. sine novo decreto Sacrae
Ritu. Congregat. die 9. Decemb. 1628.

7 Vespere Defunctorum pro 1. die Mensis, dican-
tur post vesperis Dominicae, seu Festi, si accidat.
die 23. Maii 1603.

8 Psalmi Graduales, & Pœnitentiales dicuntur
licite; ubi est consuetudo pridie vesperæ Fer. 4. &
6. die 2. Augusti. 1603.

9 Non est relinquendum officium Breuiarij debitum,
pro officio devotionis. Die 29. Nouembris 1603.

10 Si accidat Dedicatio, in Natiuitate B. M. V. Fiat
de eidem Dedicatione (nisi fuerit Titularis) &
Contentur potius duæ Missæ; & Iofra, Oœ. sit de
digniori; ut in Rubrica de Concurrentia Oœ. una-
rum. Die 16. Octobris 1604.

11 Episcopas Regularis, debet recitare officium iux-
ta Ritum suæ Dioecesis, non Regulæ, die 11. Ianu-
rij. 1605.

12 Capellani Episcopi, qui cum eo recitant officium
se conformare debent, cum eo. Die 11. Ianu-
rij. 1605.

13 Festum Patroni loci, Celebrari potest sine Oœ-
ta. a Regularibus ut Censuit saepius Sacra Rituum
Congregatio. Sed possunt si voluerint.

14 Non potest Episcopus extendere officium. Quod
fieri solet, in Ciuitate, ad Dioecesim. Die 16. Ianua-
rij. 1607. eadem Congregat, die Ianuarij 1627.

25. Officium Parvum B. M. V. debet dici, in festis dup. & Dominicis in Choro; Si aderat consuetudinem mutato Breuiario. Die 2. Januarij 1627.
 26. Matutinum Defunctorum, in die commemoracionis. Omnes Fidelium Defunctorum, recitandum est mane, & non pridie vesperi. Dic 1. Septemb. 1607.
 27. Festum, & Officium S. Conradi, Placentiae tantum & Netinae, in Cilicia concessa sunt, Die 19. Maii 1614. & Ordini S. Francisci 13. Septemb. 1625.
 28. nomine festi nouem lectionum, intelligitur etiam Dominicam. 12. Martij 1618.
 29. Præter propria Ecclesiæ Dedicationem: Celebrati quoque debet Anniversarium Dedicacionis Ecclesiæ Cathedralis: In Civitate quidem, cum Octauia per Diœcesim, sine octa. Ex decreto Sacre Rituum Congreg. 2. Maij 1616. Erit tamen in Diœcesi dupl. clasius: Festum instar eorum, quæ transferuntur vix octauam; & sine octaua celebrabitur, vel uti Festum Patroni loci, quod celebrari debet a Regularibus, qui tamen non tenentur ad Octauam, celebrandam.
 30. Festum S. Joseph, est de præcepto ubique. Die 8. Maij 1621.
 31. Festum S. Annæ, est de præcepto; ubique. Die 23. April. 1622. ex Bullis Gregorij xv.
 32. Si Titulus Ecclesiæ, est de Crucifixione, sufficit commemoratione Crucis, quæ officio feriali dicitur. Die 30. Martij 1621.
 33. Vesperæ, in Sabbato ante Dominicam Privilegiatam, in qua occurrit dies Octauæ: dicantur de feria, scilicet Psalmi, de Psalterio, cum Antiphonis, & à Capitulo, de Dom. Priviligiata, & in fine fit

fit communis diei octauæ, ut in 1. vesp. Febr. 9. Novembris 1622. Et si in predicatione sabbato fuerit Festum semidupl. annæ ex Psalmis de resp. erunt de festo semidupl. & à Capitulo fit de Dom. sed prima communis erit de 8. semidupl. postea, de die olla, ut dictum est.
 34. In fine Completorij Purificationis B. M. V. dicitur Ave Regina Cælorum 27. Julij 1624. nisi Celebrabitur cum octaua; Quia tunc dicitur predicatione Aya. Ave Regina Cælorum in fine Completorij, diei octa, seu, vique ad finem octauæ si forte contingat finiri, ad Nonam pridie 5. i. 4. Circumdat Quia tota octaua pro una die reputatur ita decretum est à Sacra Rituum Congreg. Anno. 1616.
 35. Simbolum S. Athanasij, laudabilius recitatur clando in Choro 23. Decemb. 1624.
 36. Officium Parvum B. M. V. in Choro Tempore Pasch. dicitur sine addito Allel. 28. Martij 1626.
 37. Litanie maiores si occurrant in die S. Pasche, transferuntur in fer. 3. 25. Septemb. 1617. Adiectum tamē est: Quod quādo Litanie prædictæ trahi frūtūt, aprop. die (ob ratione allata) & processio inter est in Ecclesiæ S. Marci: Missa erit de Regate, & non de Sancto.
 38. Officium, Sacerdotum Stigmat. S. Francisci. Concessit Paulus V. ad libitum ubique. Duplici quidē officio in Religione Minoris ex gratia eadē, semidupl. ex prima editione Romæ, & per decretum Sacrae Congreg. Rituum 28. Aug. & rursus 2. Octob. 1617. Eadē Congreg. adibēdus esse voluit col. Albus 9 Decē. 1617.
 39. Festum Angeli Custodis est dupl. minus. Sacra Congreg. 2. Octob. 1627.

30 Non poterunt, neque possunt locorum Ordinarij, tam Regulares, quam seculares; addere Kalendarijs, etiam proprijs Sanctorum officia, nisi eadum taxat, quæ Breuiarij Romani Rubricis, vel Sacre Ritu, seu Sedis Apostolicæ licentia, conceduntur. Die 8. Aprilis. 1628.

31 Item eadem Congregat. eadem die, & eadem decreto vetuit, & prohibuit: Celebrati per totam Civitatem, vel Dioecesim, etiam de cuiuscunque Ordinarij auctoritate, Missam, vel Festum, cum Officio de Sancto; eo quod in loco sit Eccles. Abbatialis 28. Septembtris 1628. Parochialis, vel Regularis, aut aliqua Reliquia, sed tantum in ipsius Sancti Eccles. Titulari; seu vbi asservatur insigis Reliquia, & non alibi.

32 Reliquia Insignis, est Corpus, Caput Brachii, Crus, & ea pars (non parua tamen) in qua passus est Martyr, eadem die.

33 Eadem die damnata fuisse officia non approbata a Sede Apostolica, sub pena librorum vetitorum, & non satisfaciendi muneri recitandi Divini, Officij, quæ Pœnae apposita fuit Decretis, supra numeros 30. 31.

34 Moniales in Confiteor, nihil mutent, neque dicant tibi Mater, vobis Sorores. dic 18. Augusti 1629.

CON-

CONCLVSIONES, ET REGVLÆ NON nullæ; ex Cōmentarijs R. P. D. Bartholomæi Gauanti, in Rubricas Missalis, & Breuiarij Romanij Selectæ; In Celebration Missarum, & in persoluendo diuino Officio, ab omnibus Ecclesiasticis maxima no-tandæ, & obseruandæ.

In Rubricas Missalis.

1 **V**BI dicuntur horæ Canonice in Choro: Missa debet Concordare cum officio, iuxta dispositionem Rubricarum, quod Maxime pendere necessum est.

2 Quando Rubrica dicit, quod ad fieri potest; Missa cum officio conueniat; loquitur rubrica de priuatis Missis: Nam Missa Conuentualis, debet semper concordare cum officio. *Cap. cum creatura, de Celebratione Missarum.*

3 Missa Conuentualis, & solemnis, sequenti ordine dici debet. In Festis Duplicibus, Semiduplicibus: in Dominicis, & Infra Octauas, dicta in Choro, Hora Tertia: In Festis simplicibus, & Ferijs per Annum: dicta sexta: In Aduentu, Quadragesima, Quatuor Temporibus (etiam Infra Octauam Pentecost.) & Vigilijs que ieiuantur: (quāuis sint dies solemnies) Missa de Tempore debet cantari post Nonam.

4 Planetis seu Casulis plicatis ante pectus; (ab i. q. Collarijs) vtuntur Ministri, In Eccles. Cathedraibus

bis ex Collegiat etiam in maioriis Religiosis
Ad Benedictiones cum processionibus; Cande-
rii, Palmatorum, &c ad Benedicti. Cinerum (absq. ma-
nipulis, nisi in Benedicto, Palmatum) etiam S. bba-
to Banco, & vigilia Pentecostis, usq. ad Litanias.
Et in Advento, Quatuor angelorum (excepta Dom. 3. Ad-
uentos 4. Quatuor angelorum, & fer. 1. in Casa Dñi.)
Itē ferijs quatuor Temporib. (exceptis occurrentib.
infra oīta Petecostis) In aliis vero Ecclesiis absq. sibi
Celebranti, in Altar, &c. &c. manipulis ordinarijs;
(absq. Collanis) In vigilijs S. Et nū, & Nativitat.
Dñi, Ministri vestitut Dalmaticis.

5 Quid agendum, quando in die Festi, in Ecclesi-
vbi solus Parochus adest & per consuetudinem de-
bet dicere Missam ad sepelendum Corpus Desu-
ciūt. Debet dicere Missam Ritu de Requie, nisi
sit Festum 1. vel 2. classis; Et si in die S. et Pascha
occurrat, tunc transversus sepultura, in diem se-
quentem, ob reuelentiam Paschæ: ita Decretum
est a Sacra Rituum Congregatione. Et quando
occurrat in die Dominicæ, sepelire mortuum in
prelatis Ecclesijs, ubi adest solus Parochus: in
Missa Defunctorum nulla sit Alperatio aquæ, solita in
Ecclesiis Dominicis diebus.

6 Quando assignatur, quod dicuntur duæ Missæ
Concurrente Feste, vel oī sua & Ferijs Quadra-
gel. Quatuor Tempor. Rogationum, & vigiliarū
(Quando de huiusmodi vigilijs, sit com. nō aliter)
tunc, in Ecclesi. Cathedral. & Collegiat. debet Cele-
brari, solēniter, & Conuentualiter, dicta Missa Festi
vel oī, ut moris est, & alia Mis. de fer. seu vigi-
lia

lia (absq. vila memoria, vnius in altera;) Si occurat
fieri com. de Feste simplici, dicatur in Missa Ecl.;
Si de Vigilijs in Missa Ferijs, absq. Euangeli. vigil. Ide
seruatur, occurrente offic. Defunctorū vel offic. Do-
minicæ ante ponendæ, vel Missa Dominicæ dicen-
da; quia non fuit, neq. est dies vacans in Hebdomada
dæ. Et quando dicitur pro te gratiæ, vel Anniversa-
rio Canonicalis quia numquam omittitur Missa
dici. In Ferijs secundis, cuiuscunq. Hebdomadæ, in
qua officium sit de feria, Missa principalis, dici po-
test, de Requiem, cū tribus orationib. Si autē fœ-
rit propria Missa de fer., vel de festo simplici, vel
sumenda sit Missa Dominicæ preced. In Missa de
die, fit com. pro defunctis: excipiunt tamen Qua-
dragesima, & totum Tempus Paschale; Missæ au-
tem priuilegi pio Defunctis. Quocumq. die dici pos-
sunt; præterquam, in Festis Duplicibus, & Domi-
nicis diebus; dici tamen possunt, in Festis dupli ci-
bus, quando non sunt de precepto, ad implendas
voluntates Testatorum, nō ad arbitrium viatorū.
7 In Sabbatis non impeditis, Feste dep. vel semi
dep. Octauæ, vigilæ, Feriæ Quatuor Temporū, vel
Officio alicuius Dominicæ, quæ supererit (Et in Ad-
uentu, licet non fiat offic. de S. M. in Sabbatho) ii-
citur Missa de B. M. V. in Sabbatho, Secundum varie-
tatem Temporum. Sed in Adventu 2. oratio erit
de feria. Alijs diebus, infra Hebdomadam (excep-
tis 4. Temporibus, & diebus supradictis) quan-
do Officium sit de feria, Missa Conuentualis, dici
potest, aliqua ex Missis votivis, secundum or-
dinem dictrum, in fine Missalis assignatum,
cum

ca n comm. fer. de qua f. Et omelij officium.

9 In fine Missæ, nonquam legitur Euangeliu[m] vigiliæ, cuius non sit iactum commemoratio in Officio.

10 Missæ votivæ, quamvis habeant Praefationem propria[m]; Si Iofra Ostiaam Nativitat. Domini Co[mmunia]t. non aliare, praefationem admittant, nisi de Nativitate, sicut & Festum S. Ioannis Evangelii, argumento à fortiori.

11. Quādo Missa votiva exigitur v.g. de Assumptione B.M.V. vel de Nativitate eiusdem, & h[ab]itualiter potest dici Missa votiva de B.M.V. propter in Missis votivis, cum intentione ad honorem Assumptionis Nativitat. B.M.V. &c.

12 Si dicatur Missa votiva de aliquo sancto, mutatur in Collecta, Natalicia, seu Rotta, in verbum commemoratione.

13 Gloria in Excelsis in votivis B.M.V. omnino non dicatur nisi in Sabo. nec etiam in Ecclesijs B.M.V. dicatur etiam in Missis Festis de Sanctis, nisi Officio non fiat in eis die festo.

Quando Septuagesima occurrit ante Pentecostem, vel in eodem die Purificationis B.M.V. in Missa de Dom. Septuagesi. oratio secreta de B.M.V. est Tua Domine, ut in Missa votiva eiusdem, dicatur bis secreta quæ est eadem de Domi. & de B.M.V.

14 In Missis, quæ dicuntur, Iofra octauam Paschæ, cum paramentis violaceis; Omittantur duo Alij oīs ad Ite Missæ, vel Benedications Domini, in Missa Litaniæ, vel quando pro p[ro]p[ri]etate

carneitate occurrat Celebrare, Praefatio ve-
tio, erit ferialis, sed Communicantes, & Infractions
dicuntur de octa. Colligitur ex hac Regula; Quod
quando Annuntiat. B.M.V. in prædicta Iofra octa,
occurrat, licet non fiat Officium, potest Celebrari
Missa Annuntiat. B.M.V. sed Communicantes, &
Infractionis de cetera dicuntur.

15 Qui Missas novas Celebrant, non possunt
circuite Ecclesiam ad oblationem sex decreto Co-
cilij Trident. sessione 22.

16 Mutatio Coloris, in Paramentis Altaris, &
Ministrorum, debet fieri in 1. vespere festi, si sa-
tem vesp. non sint integræ, in Color adhibendos
est initio vesperrum, qui congruit illi, de quo di-
citur Capitulum.

17 Si officium, & Missa discordat: Color Altari
sequitur officium excepta in vigil. Pentecostes,
& in Litanijs maioribus, & minoribus.

18 Pro Missa solemni quamcumq[ue] concordet, ut Pali-
liam etiam Altaris concordet, cum colore pa-
mentorum Missæ. Quod rebus adnotatur R.P. Fe-
bris Reus à visitatione Minimorum, in suo Catechis-
tiali.

20 Orationes, quæ ab Ecclesia certum habent
locum, precedunt quibusq[ue] votivis, quæ ad
arbitrium Sacerdotis dicuntur, & extremum oc-
cupant locum, & sicut votiva v.g. de Spiritu San-
cto, cedit commemorationis Festi simplicitate
Gedere debet orationi Auctoritatis, vel alij quæ le-
cundo, vel tertio loco subiectis dici: ratens agem
partibus, atteditur dignitas eorum, de quib[us] oratio

21 O[ra]

21 **O**ratio, pro seipso sacerdote, non debet dici in Missa, praesente Episc. proprio, vel eo maiori, vel Principe magno; potius est orandum, pro Praeclaro, seu, pro Principe praesente, ob recuperentiam, corundem maiorum.

22 **O**ratio, in Tertio, Septimo, & Trigesimo die cuncta, pro Defuncto, non debet dici, in ijs diebus, quae occurunt, inter Tertium, Septimum, & Trigesimum, sed tantum in propriis diebus assignatis,

23 **O**rationes, extra Missam, dicuntur semper iunctis manibus.

24 Quando dicitur Confiteor in principio Missæ, non debet addi, nomen sancti Patroni loci, vel alterius, prohibito Sacerdotis, quia Pius V. hoc expressè, concessit Ecclesijs Hispaniarum, non igitur fieri debet sine Papæ licentia.

25 **D**icto Euangeliō, non defertur liber osculandus Vicario Apostolico, sed tantum modo, illis expressis, in Rubrica Missalis: Principibus autem magnis, extollerantia, nō autem inferioribus laycis: Et illis, alias liber deferendus est, non idem ipse Celebrantis, qui proprium eo casu, semper osculari debet librum: ita statuit Sacra Congregat. super negotia Episcoporum. 22. & 23. Augusti 1589, neq. Commendatario eadem Congregat, 17. Septembris 1611.

26 **O**mittens sacerdos osculum libri, omittit etiam, *Per Evangelica dicta*.

27 Dati Pacem cum Patena, in Missa, prohibuit Pius V. in Epistola, ad Archiepiscop. Tarragonensem.

28 **M**anipulo, non vtuntur Ministri, nisi quando sacerdos vtitur, excepta Benedictione Palmatum, vt dictum est in proprio loco; Neq. alter subdiaconus, qui deferat Crucem, in processionibus feria 5. in Cœna Domini, & fer. 6. Pasceue.

NOTATIONES SEQUENTES PERTINENT
ad recitationem Diuini Officii.

1 **N**ON potest fieri mutatio titus, vt scilicet duplex rite celebretur Festum, quod alias similes sub rite, vel semiduplex, decreta est; Pius enim V. in Bulla Breuiarii, non modo præcipit substitutionem, sed etiam modum, & formam horarum Canonarum.

2 De Sancto cuius Reliquia non est insignis; Si concedatur officium, debet esse semiduplex, ad differentiam insignis Reliquie.

3 Periple officium Dñi officium est. Quod a quocunque seruo, non debet obrui, & ideo Videat Episcopus ne Plantitate festorum fiat iniuria officium feriale Dñi Dei nostri.

4 Officium Dominicæ, est valde venerandum, est enim officium primarium Domini; & ideo non prætermitendum, nisi ob festum duplex, & dummodo non sint Dominicæ Privilegia; vt Aduetus, Quadragesimæ &c.

5 Officium B.M.V. Siue sit nouem, siue tripla lectio, Hymni semper terminatur (etiam Tempore Paschali) cum Gloria tibi Dñe quinatus es &c. quando sunt eiusdem metri; Et si in die venustis, fiat Festum 9. Ie. & etiam si sit duplex. Clavis, & die sequenti Celebrabitur de S. Maria in Sabbato,

tunc,

tunc, in Hym Complet. diei veneris, est dicendum
idem y. Gloria tibi Domine, nisi ultimus versus
Hym, sit proprius, ut in Festo transfigurat. Dñi. 6.
Augusti: obseruandum est: Quod quando non fit
saltum co*ū*me de Festo B.M.V. tam trium, quam
9. lect. ad Complet. non dicitur y. Gloria tibi Do-
mine, & sic de alijs festiuitatibus, quae habentur u-
timum verium proprium; tam in primis, quam in
2. vesp.

6 Rogabis; Quare veniente Epiphania, in Domi-
nica: fit offic. Dominicæ in Sabbato Infra c.cta. &
nō sufficit fieri de illa com. in die c.cta. sicut de
alijs Dominicis fit, quando, in eis occurrat Festum
dup. vel Octa. R. Conijci h. nc esse causam: Scilicet;
Ne ordine peruerso vita Christi, quod ab Ec-
clesia representatur in officio Diuino, per totum
Annum: Christus legatur trigesimum annum a
gens, antequam, represententur duodecim etatis
nam, si in die octauæ, quæ habet Euangelium, de
Baptismo Christi, fieret comme. de Dom. prima
post Epiphan. quæ habet Euangel. duodecim, in-
ter Lectores Dei causam agens: in Officio, quæ
Missa, legeretur prius Euangel. de die c.cta. quæ
de Dom. Quod esset inconveniens, & ordo peruer-
sus: Fiat ergo, Offic. de Dom, in Sabba, in quo Chi-
stus versatur duodecim, dcinde, sequenti die, fiat
de die Octa. in qua versatur tricennarius, & ordo
seruabitur Historicus viæ Christi.

7 Adhuc quæ:itur (& cauus accidit) si Patronus
loci, seu Titulus Ecclesiae, incidat, in Sabbatum,
in quo faciendum est offic. de precedenti Dom.

prima

prima post Epiph. an Offic. Dom. anticipandum sit
fer. 6. quod aliqui scripsere? R. non esse anticipandum,
quia in Sabbato sufficit fieri com. de Dom. prima,
cum homil. pro 9. lect. & in fine Missæ, eius Euang-
el. argumento à simili, u Qod quando Dom. 23.
post Pentec. non habet propriam sedem in Dom.
neque feria: in tota præcedenti Hebdomada, in
qua possit ponи Offic. Dom. 23 eo casu: in officio
9. lect. Sabbati: fit com. Dom. 23 cum 9. lect. de ho-
mili. eiusdem, ut expiisse habet Rubrica de Domi-
nicis nu. 4. in fine. Ergo &c. Sed in. 2. vespere Pat-
roni, seu Tituli. fit tantum com. diei c.cta. ut in pri-
mis vesp. Festi Epiphaniæ nihil amplius de Do-
minica.

8 Quando contingit miseri numerum Domini
carum post Epiph. adueniente citius Dom. Sep-
tuagesimæ, & ideo in fer. 3. vel alia die proxima,
fit Offic. de Dom. 3. vel lequentibus anticipatis,
in sequentibus diebus: legi debent Epistola B. Pau-
li, quæ positæ sunt, in Dom. anticipata: ut in pos-
tremar recognitione Breuiarij Urbani Vlll. decre-
tum est.

9 De Dom. 2. post Epiph. semper fit offic. ante
Septuages. saltem, in Sabbato præcedenti eandem
Septuagesimæ vel in die prima post c.cta. Epiph.
Translatio si opus est Festo semidup. & ideo Festu
S. Hilarij, transferendum erit, in diem 23. Januarij,
In Hispania vero, in diem 28. eiusdem Mensis. Sed
quid agendum in Eccles. S. Hilarij, quod est dup. 1.
clasi. cum Octa? R. In hoc casu Festum S. Pauli pri-
mi Eremitæ, est transferendum in diem 23. Ja-
nuarij

E

nūarij in Hispania vero 28. eiusdem; Et in ipso die fiat de feria cū com.octa.& S.Mauri sine lectio ne,& sine precibus (ratione octauæ): Lect. erunt de Homil. Dom. 2. cum &. 1. Noct. Aña de Benedic-
tus,& Oratio, de eadem Dom. Sed. Si omnes dies Hebdom. erunt festa duplia, tunc in Sabbatho fiet tantum com.de Dom. 2. cum hom. pro 9. lect. Responsoria eo Anno omittuntur.

10 Offic. Dominicæ 3. vel 4. vel 5. vel 6. post Epi-
phan, minus habet locū, neq. itē Post Pentecost. de-
ca quæ vllibi non latet: fiat offic. in Sabbatho, vel
in alia feria præcedenti (non ad libitum) sed impe-
dito Sabbatho, ob Festum 9. lect. (& non trium B.
M.V.) vel fiat com. saltim in Sabbatho ne priors
omittatur vt in Rubrica de Dom. nu. 5. quod si
in feria prædicta fiat de Festo semidup. translatio
satis erit, quod in Sabbatho fiat com. Dom. ne trā-
latum semidup. sine necessitate ultra transferatur,
vt decretum est, in postrema recognitione Brevia-
rij Urbani VIII. Nulla est necessitas, quando saltem
in Dom. 2. dicta sunt Resp. de Tempore,

11 Datæ sunt Antiphonæ propriæ. ad Magnificat fer-
iè omnibus ferij Septuagesimæ, Sexagesimæ. & Quin-
quagesimæ. In fer. 5. Sexagesimæ, & 6. in Anno Bix-
til. Dicuntur Antiphonæ, quæ in præcedentibus
feriis fuerunt Omissæ; sed si occurrat fieri de Sab-
bato, in ijsdem ferijs Septuagesimæ. Añæ, quæ omittun-
tur ob Festa Sanctorum, non resumantur in se-
quenti Hebdomada, quia Rubrica, de his Anti-
phon. positæ ante fer. 5. Sexagesimæ. non se extendit vi-
tra suam Hebdomadam.

12 De Fer. 4. Cinerum semper fit offic. quo cun-
que Festo adueniente, etiam 1. class. seclusio Priui-
legio Sedis Apostolicæ. Et quando per Privilegiū
occurat fieri de Patrono, seu Titulari, vel Dedi-
cat. prop. Eccles. (vt in Barc. de S. Eulia. Patrona Ci-
uit.) occurrit ēte cum prædicta fer. 4. vel Dom. qua-
cumq. Quadragesimæ. tunc fit com. fer. vel Dom. in
utrisque vesp. & laud. & in Missa (sed Benedict. Ci-
nerum fit de more cū 9. lect. de homil. fer.) si dies
octa. supposito Privilegio, in prædicta fer. 4. Cine-
rum occurat: Offic. fit de fer. cum com. diei octa. in
utrisq. vesp. & laud. & in Missa (sine præcibus tamē
ratione octa.) & non omittuntur Psalmi Gradua-
les. Aduertendum tamen est, quod vesp. fer. 3. di-
cuntur de Psalterio cum com. diei octa. vt in 1.
vesp. festi: non autem si in prædicta fer. 3. fieret Of-
fic. de festo semidup. quia tunc vesp. erunt de festo
semidup. cum com. diei octa. vt dictum est, sine ta-
men com. fer. 3.

13 Quando in fer. 6. post Octauam Ascensionis,
occurrit Festum dup. vel semid. fit de eo, cū com.
fer. 6. Sed non dicitur homilia pro 9. lectio. neque
Euangel. in fine Missæ quia iam. Lectum fuit in
Dominica. Infra octa. Ascens. Si in vigil. Pente-
cost. occurrit Festum simplex, fit de eo comem. in
vesp. & laudibus tantum: non autem in Missa etiā
priuata.

14 In Eccles. Ss. Trinitat. servat. hic Ordo: Sim-
bolum S. Athanasij, dicitur ad Primam (in die Fes-
to, & octa. tantum) Infra Octa. Minime. Et quia a-
liquot dies Infra Octa. occur. simul, cum Infra
E 2
Octa,

octa. Corp. Christi, fit de infra octaua Ss. Trinita-
cum com. ocl. Corp. Christi. Decretum est a S.
R. Cong. Quod de ocl. Ss. Trinit. semper fit com-
tam, in primis, quam 2. vesp. & Missa dici Corpor.
Christi: in 2. vesp. Ss. Trinit. concurrentib. cū Festo
1. classis fit de sequenti Festo: cū com. Ss. Trinit. tātū
Si cū Festo 2. classis integr. & vesp. erūt de Trinit. cū
com. sequentis Festi ex Rub. de concurrent. nn. 2. Haec
Regula nō intelligitur in prop. Eccles. quia ibi ha-
bet integras vtraq. vesp. quocumq. festo occu-
rente.

15 Si occurrant duo Festa, sub vna ratione F. in Kalendario Romani Breuiarij; Quorum tamē alterum est, Festum Patroni, seu Tituli Eccles. v.g. Festum S. Sebastiani, cui cum S. Fabiano fit Ordinariae Festum, eo casu fit de Patrono, seu Titulus tantum, hoc est, de S. Sebastiano; solo vti Festo, classis, non autem de socio, co-dic. Quæ vero, ha- de causa, in corum proprio die omittuntur; vñ sunt in kalendario, sub Ritu duplici, vel semidupl. & tunc prima die similiter, non impedita, fit Officium de omissis, sub Ritu semidupl. puta in exemplo allato, fiat de S. Fabiano Ritu, semidupl. post ocl. uam: vel sunt, sub Ritu simplicis, & tunc, in ea Eccles. Nil fit de socijs omissis. Quod si ij, qui diuidi- tur sunt, Altiori? Ordinis, & classis? vt in Ecclesia S. Philippi Apostoli, de quo solo fit idcirco Festu primæ classis, eo casu prima die non impedita fit Offic. de Transla. S. Iacobo. sub Ritu duplici 2. clas- sis, quia est de duodecim Apost.

16 Porro prædicta separatione facta Patroni, seu

Tituli à socijs, quos illi habent in Kalendario Ro- mano, curādum crit, vt Oratio, Lectiones, & Euā gel. cum Homilia, congruant cum Festo, itaut pro vno, non pro pluribus Offic. fiat, & deficientibus proprijs; erit ad commune, ss. recurrendum: reser- uata Patrono potius oratione, quam socijs, & in numero singulari accommodata, pro socijs autem sumatur de communi (vt fit varietas) nisi forte contingat, de socijs Offic. fieri extra octaua. Patro- ni, seu tituli; quo casu variandi necessitas, mini- mè vrgeret.

17 Titulus Altaris, seu Capella: Celebrandus est sub Ritu, pro vt in Kalendario Romano descri- bitur. In quo si neque nominatur ad illud Altare; Celebrari poterunt Missæ Festiuæ, cum Hymno Angelico. Sed Offic. nullatenus fiat: sine licentia maiorum, ad quos attinet Offic. mutare.

18 Si Altare Titulus est Beneficij; Beneficiatus adhuc non debet Offic. recitare de eo, vt de festo primæ classis, neque alio Ritu, quam in Kalenda- rio sit descriptus, & eo ibidem non descripto, non potest prop. auctoritate, de eo recitare Offic. Si ve- ro Titulus est Ecclesiæ ditutæ: ad illud Altare Trās latç; illæ, qui emolumenta præd. Eccles. percipit: æquū est, vt recitet Offic. de eo, in eis festo, ne depe- reat Cultus illius Titular. Eccles. & Ritus erit semi- dupl. nisi dignitas eiusdem, aliud exposcat. Sed in his casibus, consulatur Sacrae Rituum Congre- gatio.

19 Beneficiatus quilibet habens Ecclesiam, quæ est Titulus Beneficij licet apud eam non resideat,

debet tamen Festum eiusdem Colere, uti 1. claf.
& cum octaua Celebrare, quia est Festum Titula-
ris Ecclesiae.

IANUARIUS.

- 1 Si in Vigilia Epiphaniæ, occurrat Festum duplex, sit de eo cum comme. Vigil. & 9. lect. de homili. iisdem: (In Hispania concessum est, à Gregorio XI. post. in hac Vigil. fieri Offic. de S. Thoma Archiep. Cantuariensi, ob Festum Translationis S. Iacobii; Et singulare Priuilegium non lex.)
- 2 Quando Epiphania venerit in fer. 3. tunc in Sabbato immitatum. v. ad vesper. qui erit de Laudibus Adorate Deum, idest in comme. octauæ & si in 2. fer. venerit, in 1. vesper. diei octauæ, pro commen. Domin. Antiphona. Fili. v. Omnes in Sabbá.
- 3 Vbi sit, de Sancto Fœ'icę Presbytero, & martyre die 14. sub Ritu duplo, vel semidup. 8. lec. Ent Domine præcepisti: de commun. vnius Martyris.
- 4 In Ecclesijs Sanctorum Hilarii, & Pauli primi Eremitæ ubi est dup. 1. claf. 8. lectio. diuidatur in duas, & de Sancto simplici nihil sit.
- 5 In Ecclesia S. Agnetis, in primis, & secundis vespere: Psalmi erunt, vt in communali vnius Martyris, & Antiphonæ propriæ de Laudibus: Similiter fit de Sancta Agatha virgin. & mart. in Februario.

FEBRUVARIUS.

- 1 Si occurrat Festum Putificat. B. V. M. in aliqua Dominica, ex Priuilegiatis, transfertur in fer. secundam. (Benedict. Candela. non transferatur.) Et ubi Celebratur cum octa. Anna, Ave Regina Cælorum, dicitur, ad finem Completorii dici octa, quia tota octa. pro uno die reputatur;
- 2 De S. Contado, non potest fieri Officium, quia tantum concessum est, in Eccles. Placentiæ, & Nettinæ & Ciciliæ, & in Ordine Minor, non alibi.
- 3 Quando occurrit Festum S. Matthiæ Apost. in fer. 4. Cincrum transfertur in sequentem diem, sed in vesp. fer. 3. & Complet. dicuntur Præces genibus flexis, (cum orat. Dominicæ præced. in vesp.)

MARTIVS.

- 1 Quando Festum Sanctorum 40. Martyrium 9. Martii, occurrit in fer. 5 post Cinctores, in Missa, O. Lectet. de fer. sumitur ex fer. 6. sequenti.
- 2 De sancto Ioachimo, quando Celebratur in Quadragesima Leet. 9. de proprio Officio, iungatur cum octa. leet. quia nunquam Omittitur.
- 3 Quā in Festū ss. Faustini, & Iouit. M. occurrat in fer. 3. post. Dom. 1. Quadragesimę: in Missa Oratione secreta de Sanctis mutatur, cuius loco dic. Munera tibi Domine de eodem commu. Plur. mar.
- 4 Quid agendum? quando Festum Annuntiat. B. M. V. incidat, in ultimo biduo maioris Hebdomadæ an Populus audire Missa tenentur: anqueat cōmunicari? Diximus in decretis præadnotatis supra pagi-

Pagis, in no. 5. N. 2. a. Sacra Ritu Congr. in Ord. ac
Missa condit: si predictum Festum Annuntiat,
B.M.V. translatum post Dom in Albis primus ves-
peras, erunt de B.M.V. cum commemo. Dominicæ.

APRIL 19.

1. Quando Festum S.P.N. Francisci de Paula in Hebdom. missori, seu e Octua Paschæ venerit tunc in fer. 1. post Dominicam in Albis, fit de FESTO S.
P.N. Francisci de Paula, tanquam dies proprii
ha precipit Leo X. per suam Bullam, quæ incipit,
Licit per alias, &c. Datum Roma, die 25. Martii
1524 quam uferat R.P. Laurentius de Peyrinis. To-
mo 1. Privilegiorum Ord. Minimorum. Constitutio-
ne 17. eiusdem Leonis X. Vnde etiam: Si Festum
Annuntiationis B. M. V. vel aliud quodcumque festum, translatum acciderit debet fieri Officium
S.P.N. Francisci de Paula tanquam dies proprii
vt dictum est; nisi fieri deinceps, Festum Annun-
tiat. B. M. V. in predicta fer. 2. in qua fit Officium
translati honoris B. M. V. ut in Bucin. Etsi, in pre-
dicta fer. 2. post Dom. in Albis occurrit Festum
S. Iacobus Hispani: si de S. P. Francisco de Paula
eo quod vincens illa Ecclesia eo recitur.
2. Omnes Ecclesiastice: Breviario Romano uten-
tes, qui tenentur ad Officium Divinum; recitari pos-
sunt Officium S.P.N. Francisci de Paula cum olatione
etiam iepore Quadragesimæ ex Privilégio Apo-
stolico, vt videlicet posuit in Buili, quæ polita est in
principio Officie iusdem Sancti.

3 In

3. In FESTO S. MARCI dicuntur Litanie, post Massa
si, qui non inter sunt Processioni, ex obligatione.
Sed si predictum Festum occurrit, in die Santo
Pasche Litanie dicuntur in fer. 3. Ex decreto Sa-
et Congregat. Ritu die 25 Septemb. 1627. Ad-
uentendum tamen est, quod quando Litanie tradi-
fentur à proprio die S. Marci? tunc non dicitur
Missa de S. Marci, quando processio terminatur
in propria Ecclesie S. Marci sed Missa erit de Ro-
gationibus.

4. Quando Festum S. Catherine Genesensis trans-
lata fuerit in 4. diem Maii, motantur orationes in
Office. & Milla ad varietatem.

M A Y S.

1. Si occurrat Festum Ss. Apostolorum Philippi,
& Iacobi in Sabb. Dom. 3. post Pasch. sic in Dom.
4. debent legi le. O. 1. Noct. de fer. 2. sequentis, ne bis
initium Epist. B. Iacobi legatur immediate duob.
dieb. Quod si contingat eos dividiri in duas rubricas
Breviariorio e. sa in Ecclesie S. Philippi le. O. 1. Noct.
erunt de communione Apostolorum, referenda Le. O.
Epistola S. Iacobi Officie, eiusdem, cuius est pro-
pria Le. O. 2. Noct. 5. & 6. Samuntur de communione
Apostolorum, le. O. 3. Noct. cum Antiphonis in laudib.
vt in prop. Festo; quia sunt magis propriæ de S. Phi-
lippo. In Officie vero S. Iacobi, quod transferri de-
bet, in primam diem non impeditam, etiam intra octa.
S. Philippi Titularis (hoc est in diem 4. Maii, vel,
si ea dies est Dom. in diem quintam) primæ le. O.

vt

ut dictum est, erunt de Epist. B. Iacobi; secundæ e-
runt propriæ, addita sexta de communi Apostolo
rū Lectiones; 3. Noct. erunt de Euangilio: *Ecce nos
reliquimus omnia*, vt in eodem commun. Aposto.
Añæ, omnes de communi Apost. Tēpore Pascha-
li. De S. Monica si it comme. 9. lect. ex duabus fiat
vna lectio, & commemor. in laudibus & Missis
priuat. tantum Pro varietate orationum, quæ ne-
cessaria certè erit in 2. vesp. S. Iacobi, si die sequē-
ti fiat de Infra octa. S. Philippi, sumi poterit, Ora-
tio de S. Iacobō maiore 25. Julij. Eadem seruan-
da erunt vice versa, si Festum S. Iacobi minoris sit
Titularis Ecclesiæ. (Missa quoque de S. Philippo
ea ipsa erit, quæ in Missali est proptia, cum Oratio-
nibus in singulari cadem: De S. Iacobō potest dici
Missa vt in Festo S. Marci demptis Orationibus,
& Euangel. quæ debet concordare cum officio.)
Vbi fit Octaua, si intra eandem occurrit Fer. 2. Ro-
gationum, vel Vigil. Ascensionis, Lect. 1. Noct.
sumuntur de communi Apostolorum. Missa dici-
tur de Rogationibus, cum comme. octa. sine Glo-
ria, nec Credo, cum prefatione de Tempore, non
de octaua. Alicubi accidet hoc Festum transferri.
post Festum Sanctissimæ Trinitat. & eo casu Offi-
cium debet fieri, vt in communi Apostol. extra Tem-
pus Paschale, retentis ijs, quæ sunt propria Festi: In
Missa vero demptis Alieluya in Introitu, & com-
munione: sumuntur Epistol. & Graduale, & of-
fertorio, è Missa votiva Ss. Apost. Petri, & Pauli.

2. In Festo sancti Ioannis Ante portam Lat-
inam, occurrēte in sabbato Infra octauā Ascensio-
nis

nis, in Dominica legantur Lectiones 1. Nocturni
de fer. 2. ne, bis initium Epistolæ B. Ioannis lega-
tur immediat a duobus diebus: ita in recognitio-
ne postrema Breuiarij Urbani VIII. Decretum est.
3. Si concurrant Festa Ascensionis, & Inuent. S.
Crucis, fiat commemoratio, de festo S. Crucis
licet, videatur Festum de eadem Domino, & dif-
ferentia satis patet in diuersitate Mysterij; quid
quid alij contra scripserint, sed vbi Inuent. S. Cru-
cis est Titul. Eccles. & occurrit eadem die Ascen-
sion. ratione allata debet transferri Festum Inuen-
tionis, in sequentem diem: sed dies octa, non trās-
fertur, & ideo in dic octa. Ascens. fit comme. diei
octaua S. Crucis.

4. In Fest. ss. Ioannis ante portam Latinam, Ap-
pario S. Michaellis Archangeli, & ss. Nerei Ar-
chilei &c. Martyrū, nunquam omittitur 9. lect. de
proprio Offic. sed quando Celebrantur in Dom.
in qua 9. lect. erit de homil. Dom. tunc 9. lect. de
proprio Officio jungatur cum octa, & de ss. Nerei
&c. quando transferantur, in fer. 2. 9. lect. de
S. Simplici fit vt supra notatur.

5. Quando Festum ss. Neri Archilei &c. Mar. ve-
nerit extra Tempus Paschale mutantur. Añæ. &
R. de cōmuni extra Tempus Paschale; non tamē
dicit. 8. R. *Hæc est vera Fraternitas*, quia non sunt
omnes Fratres: Missa cum orationibus, & Euange-
lio proprijs dicitur, vt in communi extra Tempus
Paschale.

IVNIVS.

1 Quādo Festū S. Barnabæ Apost. venerit ante Pēte-
cost.

cost. Offic. fit de Tempore Patchall communia. A. postolorum. Sed Missa erit ut in Feste S. Marci, exceptis orationibus Epistol. & Euangel. quæ dicuntur, ut in propria Missa; Sed si prædictam Festum occurrat in die Corporis Christi transfertur post Octam, ut in postrema recognitione Breuiarij Urbani Octimi.

2. In 2. vesp. ss. Ioannis & Pauli concurrentibus cum Dominica, a cap. fit de Dom. similiter fit quādo prædictum Festum translatum fuerit concurrens, cum alio semidup. vel infra octa. A cap. fit de sequent. ita decretum est à Sacra Ritu Congregat.

3. Adaeniente comme. S. Pauli, in die Octauæ Corporis Christi transferitur in quartam, vel quintam diem Iulij, nisi in Ecclesia propria, quia fit in clavis in qua fit de co. cum comme. dici Octauæ Corpus Christi; Quando Transfertur totum Officium à primis ad 2. vesperas tantum inclusus, fit ut in propria Ecclesia: Omissa comme. octa. S. Ioannis; Et ita decretum est in postrema recognitione Breuiarij; Sed in die Octauæ Corp. Christi fit com. in laud. &c 2. vesp. primo de Octa. S. Ioannis deinde de Octa. Ss. Apostolorum per Antiphonas, quæ dicuntur Infra octa. Eorundem, & oratio facti communes eisdem.

IV LIVS.

1. Si contingat non legi de Homilia S. Ambroxi, quæ habetur in secunda, vel quarta die Infra octa

octa. S. Ioannis, ob Dominicam occurrentem vel octa. Corp. Christi poterit legi, quod omissum est in die octauæ, ad varietatem, & ad libitum, & est conformæ Rubricis Octauarij Romani.

2. Numquam omittitur Euangel. dici Octauæ Ss. Apostolorum Petri, & Pauli; Quod si in prædicto die occurrat fieri, de aliquo festo, ex solemnioribus, de quo debet fieri officium, tunc pro nona lectione legatur de homil. dici octauæ, & in fine Missæ legatur eius Euangel. ne sit aliquod Euangel. in Missali, quod non legatur aliquando Populo; Sed si prædictum Festum Solemne occurrit in Dominic. & dies octa. simul: pro nona lectione in offic. & ultimum Euangeliū, in Missa legatur potius de Dom. quam de die octa.

3. Elizabet Offic. est ad libitum ab Urbano VIII. fermid. Ritu, si fiat, de ea: legatur primo loco in Martyrologio.

4. Si Festum Ss. Septem. Fratuum transferatur in fer. 2. conuenit, ut octauæ lectioni adiungatur nona in qua de lis agitur.

5. In Ecclesia Ss. Nazarij, & Celsi transferitur Festum ss. Victoris, & Innocentij, in primam diem v. O impeditam, Ritu semidup. de communi Plurimum. rum Martyrum; ex decreto Sacrae Rituum Congregat. die 12. Februario 1633. & cum oratione, & Euangel. Fest. eorumdem: omissis Nominibus ss. Nazarij, & Celsi, hæc illa Hoc est, post octa. ss. Nazarij & Celsi ex rubrica Breuiarij nuperim recogniti.

AVGVS.

AUGVSTVS.

- 1 In Hispania 2. die Celebratur Festum S. Petri ad Vincula, tanquā dies prop. & in ēternū erit ratione diei octauæ S. Iacobi.
- 2 Vbi fit de Ss. Martyribus Protho. & Hyacintho offic. 9. lectionum 8. Resp. erit *Hæc est vera Fraternitas*

SEPTEMBER.

- 1 Vbi Festum Nativitatis B. M. V. est Titularis ad Matut. in 3. Nocturno, de Septima, & octa. lectio[n]e fiant tres, quia de S. Adriano nil fit.
- 2 In Feste Ss. Eustachij, & Sociorum Martyrum non dicitur 8. Resp. *Hæc est Vera Fraternitas* quia non iunt omnes Fratres.
- 3 In Feste Dedicationis S. Michaeli octaua. Benedictio erit *Quorum Festum* & 9. lect. de proprio officio numquam omittator, sed quando prædictū Festum in Dom. venerit quia 9. lect. erit de homil. Dom. tunc 9. lectio. de proprio officio iungatur cum octa. lect.
- 4 In Ecclesijs S. Michaelis, & S. Hieronymi, quæ sunt cum octaua; de S. Angelo Custode non potest fieri officio nisi post octa. quia concessio dicti officij, f. Et a fuit a Paulo V. pro die prima nō impedita Feste nonem lect. ergo &c.

OCTOBER.

- 1 Festum Rosarij B.M.V. debet ubiq. & perpetuo Cele[brari]

Celebrari, in ijs Ecclesijs vbi est Capella, vel Alta[ri] Rosarij B.M.V. duplici maiori officio, in prima Dominica Octobris, quæ scilicet occurrit, in Kalendis, vel post kalendas; ex Decreto Gregorij XIII. die 1. Aprilis 1573. vt in Feste Natiuit. B.M.V. mutato nomine Natiuit. in solemnitate; vel vt in Feste Natiuit. ad Nives, sed lect. 2. Noct. ei[us]t de Feste Natiuit. mutato verbo Natali, in solemnitate; Quando Dominica prima Octob. venerit, in primam diem Mensis Octob. fer. 3. leguntur lect. 1. Noct. Dom. preced. cum suis Rx. si vero in quarta die Festū S. Francisci transferatur in sequentem diem, & lect. primi Noct. Dom. legantur in primo Noct. Festi S. Brunonis: Nota, quod in 2. vesp. si cōcurrat cū Angelis Custodibus vesperæ integræ erūt de B.M. V. cum comme. Angelorum Custodum. Habet enim integras vesperas; quia Gregorius XIII. Celebrari voluit Ritu duplicitis maioris, vt diximus, & Festum Angelorum Custodum, est dup. minus, ita declaratum est à Sacra Ritu Congreg. die 2. Octob. 1627. & vbi hoc Festum: legatur in Martyrologio primo loco.

- 2 Vbi Dedicatio S. Michaelis Archangeli, vel Festum S. Hieronymi est Titularis Ecclesiæ, occurrit non raro dies Octauæ, in Domin. 1. Octobris in qua Rosarij Festum à Clero ciudem Ecclesiæ fieri debet, cum commemoratione dici Octauæ vt difusè explicatur à Reuerendo Patre D. Bartholomæo Gauanto in 2. Tomo Comentariorum in Rubricas Breuiarij, sectione 7. capit. 12. fol. 166.

3 Quan.

3 Quando prima dies Octob. occurrat in Sabbatho vbi fit de S. Angelo Custode non legantur lect. 1. Noct. prop. Festi; sed de initio Ester, ut in Domin. 5. Septemb. Et nona lect. de proprio offi. nunquam omittatur, sed in Octauam iungatur quando opus fuerit. dic. pro 9. lect. homil. vel lect. des. Dom.

4 Si adsit alius cuius ex undecim Millia Virginibus, caput, aut insignis Reliquia, & nomen ignoratur: fiat de ea, Offic. Ritu duplici, supra oratio de Communi, in singulari, tacito nomine illius (quod fit in S. Calixto & alijs) & fit cō. S. Hilarionis, & ss. Ursulæ, & sociarum; nisi aliud à maioribus concedatur, aut legitime prescribatur.

5 Si contingat diuidi Festum ss. Apostolorum Simonis, & Iudeæ, quia alter est tantum Titularis Ecclesiæ; tunc pro S. Simone, legantur in primo nocturno, lect. de com. Apostol. reseruat. Lectione Epist. B. Iudeæ, eidem, quia est eiusdem Auctor. At quia lectio. 4. non potest diuidi, & a legatur in Feto Titularis, & iterum, in Officio Alterius translati, sicuti etiam Euang. cum Homilia, Lect. 5. & 6. variari possunt, ut in communi Apostolorū. Pro varianca oratione sumi potest Oratio vigiliæ in numero singulare, & mutatis verbis præuenimus in Celebramus, & præueniat in implorebat: Sed in his casibus Consult Sacram Rituum Congregat. ut alii quid proprium concedat.

NOVEMBER.

1 In secunda, vel tertia die tenentur omnes qui

ad Divinū Officium sunt obligati debet recitare Officium Defunct. ritu duplici sub mortali, cum obligatione restituendi Fructus.

2 Quando Festum S. Martini Episc. 11. Nouem. Occurrat in Dom. 22. post Pentecost. tunc in Missa, Oratio. Dominicæ, sumitur secreta, ex Dom. 23. sequenti.

3 In Eccles. S. Andreæ Apost. quando occurrit fieri de infra octa. ante Adventum. in Missa 2. Oratur. erit. Concede nos. 3. Ecclæ. vel pro Papa. Sed in Adventu 2. Oratio. fer. 3. Deus qui de B.M.V.

DECEMBER.

1 Alicubi Celebratur Festum Conceptionis B. V. M. cum octa. Quando ad infra octau. pro confer. Occur. aliqua Aña. B. M. V tam in vesp. quam Laud. tunc mutatur Aña. Illius diei; & eius loco sumitur de fer. sequenti v.g. quando litt. Dominic. fuerit B.C. vel D. tunc in fer. 4. Tempor. quæ occurrit infra octa. Concep. pro com. fer. in Laud. & vesper. summuntur Añæ. de Benedict. & Mag. ex fer. 5. sequentis; & sic de aliis. Et quia Dom. 3. Advent. est infra octa. in 2. vesp. ad Mag. Añæ. erit super solium David, quæ est de Bened. eius. ē Dom. 3. nebis dicantur duæ Añæ. B. M. V. in eodem horam.

2 De sancto Melchiade Papæ, vbi fit ritu duplici vel semid. 8. Rx. Erit Domine præuenisti de communi unius martyris.

3 In Ecclesia S. Thomæ Apostoli, occurrere dominica 4. Adventus, in Sabbatho precedenti, debet sumi Antiphonæ de laudib. Dom. 4. cum quarta

E

Aña

Año. Expe*c*tatur. Et in Fer. 2. dicuntur Año de Iau-
dib. ciudem fer. 2. quia d. S. Thoma non fit octa-
ua: sine Priuilegio Sedis Apostolicae.

4 Quando vigit Natiuitatis Domini, in Sabbato
venerit, ad Matut. secundus Psalmus erit Bonum
est confiteri, ut in Laudib. ciudem Sabbati; sed oce-
currente cum Dominica; non legatur homil. Do-
nu. in Offic. neq. Euangeli. in fine Missæ, quia iam
fuit lectum in Sabbato præcedenti; Sed Antiph.
de Laudib. Dominicæ 4. dicuntur in Sabbato: qua-
ta Año, prætermita, cuius loco dicitur Año Expe-
ctetur: & ad Benedictus Año. Ecce Completa. Orat.
vero fer. In Annuntiatione Martyrologii, legitur
cum maiori, quam alias solennitate; & ad illa ver-
ba In Bethlem Iude, usq. ad Secundum carnem (inclusiue)
geneflectuntur. Omnes (præter lectorum)

5 In Ecclesia S. Stephani idem fiat, quod in uni-
versali Ecclesiæ licet sit 1. class. Sed in Ecclesi. S.
Ioannis in 2. vesp. fit comm. Ss. Innocent. & o-
cta. Natiuitat. de S. Stephano. nil fit.

6 Quando Titulus Eccles. (non Altaris maioris)
fuerit Ss. Innocentum, erit cōsequens 1. clas. Ideo
dicitur Te Deum in Officio, & Gloria in Missa, &
Rubeo colore vtatur: quia si hæc conceduntur ra-
tione Dominicæ in qua non est dolendum? cur
dolemus in Festo Titularis Eccles. solemnis? Sed
quid agendum quando occurrat in vrbe. N. Dedi-
catio Ecclesiæ in Festo Sanctorum. Innocen-
tium? ex vi rubricarum, debes obseruare hoc mo-
do scilicet, in primis vesper. post Antiphona&, &
Psalmos de Natiuitate, Capit. cum gcli quis, di-

ci debent de Dedicatione, cum commemora-
tione S. Ioannis, & octauæ Natiuitat. tantum in 2.
vesp. Año. & Psalmi de Natiuita. cap. &c. de De-
dicat. cum comme. sequentis festi, vel Domini-
cæ, & octa. Natiuita. tantum: sed de Dedicat. non
fit octaua. quia prohibita est in postrema recogni-
tione Breuiarii: his dieb. occurrit. Festū Ss. In-
nocentum Regulariter erit Celebrandum, in die
octa. carunderm; Et quia de iisdem non fit octaua,
poterit dici Te Deum in Officio, & Gloria in Missa
cum colore Rubeo: Sed eo Anno quo Festum oc-
currit in feriam 5. Celebrabitur in Sabba. sequenti,
quod eo casu erit dies infra octa. Natiuit. intra
quam fit de duplice & presertim 2. clas. etiam trās-
lato: Eo autem Anno, quo occurrit in Sabbato,
tunc Celebrabitur in fer. 2. quia de duobus Festis
translati. Ss. Innocentum, & S. Thomæ Cantua-
rienfis; de digniori prius est recitandum Offic. &
Festum S. Thomæ Celebrabitur prima die non
impedita post octauam Epiphaniæ.

De communi Martyrum.

1 Alijsunt Martyres Pontifices, alij non Pontifi-
ces; & vtrisq. datur Offic. commune, excepta ora-
tione, & Lectionib. primi Nocturni. A Mileto: quæ
leguntur tantu in Festo Martyris Pontificis. Sed
in Festo Martyris non Pōtificis leguntur de Epis-
tol. ad Romanos Fratres debitores, quæ habentur
in communi Pier. Martyrum.

2 Dices: Quid agendum, quādo in Misla legitur
Euāgel. cuius homili. nulla habetur in communi?
quomodo concordabitur eo casu Offic. cum Mis-
sa?

8. Legenda erit Homil. quæ forte in prop.
sanctorum habetur ut Homil. super Euang. Ni.
bil opertum est. quæ habetur in Festo S. Polycarpi:
Quod si non habetur in Breviario, veluti super
Euang. Nolite arbitriari vel Qui vos audit me adit,
& similis; recurre ad Octauarium Romanum
in quo habentur Homiliae de quocumq. Euang.
quos habet in Missali: Si Octauario careas, lege
in Officio Homiliam Euang. quā habes in com.
muni, & in Missis: deinde idem Euangeli. leges iux.
ta Rubricam, quæ in Missali habet, post primam
Missam de com. vnius Martyris Pontificis, in qua
coedicitur vñus Euangelior. quæ in codē cōmu. assig.
nata sunt, ita ut liberum sit legere in Missa quod.
cumque Euangeli. de eadem tamen communī
sumptam.

3. Responserium prop. p. st 9. lect. positum pro
Festo quicq. Sanctorum Martyrum: Dñe præmenisti
non est, ut putant aliqui, ad Excellentiam; sed ad
vitandum menacium, & ita Hoc Reip. dicatur
in quolibet Feste, de S. Martyre qui non effudit si
guinem in Martirio, seu Morte; Et ideo de S. Felici.
& de S. Melchiade, ubi Celebratur Ritu dup.
vel semid. dicitur. S. Re. Domine præmenisti, & sic de aliis.

4. Responserium positi nonam lect. Plurimorum
Marti. pro Fratribus Martyrib. Hac est vera Fraternitas
non dicitur vero quæm, nisi verè sint Fratres secū.
dum carnem. Quod si cum Fratribus Celebran.
tur alii non Fratres in eodem Festo non dicitur
quod nota in Feste Sanctorum Placidi, & Sociorū
quamvis in his duobus Fratres, & soror simul obicitur

alio-

aliorum non Fratrum causa illud omittitur.

5. Quæ defunt in communi Paschali, sumi de.
bent de communi extra tempus Paschale, ait Ru.
bricas; sed intellige, quo ad lec. 1. Noct. tantum: nā
in secundo non bene conueniunt alia, quæ legū.
tur extra tempus Paschales; nisi infra octa. ad va.
rietatem; ut dicitur in octauario Romano Infra
Octauam Martyrum tempore Paschali post quartam
diem.

6. Si Translatio Festi alicuius, fiat à Tempore Pas.
chali: ad Tempus non Paschale, recitandum erit
Offic. Tempore nō Paschali: quod accidit in Trā.
lat. aliquorum Ss. Martyrum Mense Maii.

De communi Confes. Pontific. & non Pontific.

1. Quando fit Fest. Plutiū Confess. Pontific. si.
ne non Pontific. datur facultas mutandi ver.
bustum in oratione, tum in sermonibus: ut sonet
numerum Plutalem: Ad Sanctopum Beatissimorum
Patrum nostrorum N.N. quorum &c. Beatorum N. &
N. dies, quorum festivitatem Celebramus: non tamen
in Sermone S. Gregorij, ex libro Moralium, Den.
derat jussi simplicitas; Quia non est prop. Sermo de
Sancto, sed Tractatus, & expositio libri Job. In An.
tiphonis, Responsorijs, Hymnis & Homilijs; nulla
fit mutatio, licet non quadrat pluribus quia ni.
mia esset mutatio, & per difficultis, ut congruet in
omnibus.

2. Lectiones Laudemus viros de seruire possunt in
Offic. Plurimum Confessorum simul, tam Pontifi.

cum quam non Pontificum si alicubi occur-
rant.

In translationum Festis; & quando Officia Cō
fessorum transferuntur, in aliam diem s; mutatur
tertiis versis Hymni iste Confessor. scilicet Hilarij,
Pauli 1. Eremitæ, Basiliij Magni, Dominici, Hy-
acinthi, Ambrosij, Raymundi à Peña Fort, Ioannis
Chrisostomi, Romualdi Abb. Stephani Regis Ha-
gariæ; quia non sunt dies proprii sue mortis, sed
quando Festum contingit transferri Offic. à die
obitus in immediate sequentem diem? puta, à
Dorp. in fer. 2. & eo casu in 1. vesp. nō est mutādus
prædictis versis, Infra Octa. vero, dic. vt in Festo;
quia Octa. est velut unus, idem quæ dies: Octa. sci-
licet Festi; non autem Octa. diem mensis intra-
quam translatum Festū: cōtingit Celebrari: quod
bene nota.

3 Tempore Paschali quando in Inuitorio ad-
ditur Alleluja repetitur venite ad oremus Alleluja,
quæ etiam obserua, in sequentibus communib[us]
Virginum: Mulierum, Sanctorum, & dedicacio-
nis Eccles[ie].

De communi Virginum, & non Virginum.

1 Dantur Virgines tantum; Virgines, & Marti-
res, & nō Virgines; nec Virgines, nec Marty-
res. Et licet Offic. sit cōmune his omnibus in mul-
tis;

tis; tamen aliqua, vt decet, eæ habentur pro-
pria.

2 Si fuerint Plures nihil mutatur, præter oratio-
nem; & si Plures sint Virgines, habent propriā An-
tiphonam, ad utrasq. vesperas, & Laudes pro Can-
ticis Prudentes Virgines &c.

3 Oratio Deus, qui inter cetera potentiæ tuae &c. Et
Indulgentiam nobis Domine &c. quæ in concilio, seu
in occursu duarum Virginum, seu Sanctorum Mu-
liciū, poterit dici ad variat, quæ fiat quando Festū
S. Catharinae Scenensis transfertur in diem quartā
Maii quando occurrit fieri in die S. Monicæ tunc
pro S. Monica dicitur una ex duabus orationibus
supra dictis, & sic de alijs.

De communi Dedicationis Ecclesiae.

1 Ecclesiæ Materiali, duo accidunt in Ordine
ad Horas Canonicas, nimirum Titulus, & Dedi-
catio; quæ differunt, & conueniunt in multis.

2 Titulus Eccles[ie] est, à quo denominatur Eccles[ie],
puta. Sancti Salvatoris S. Stephani, & Similium
Dedicat. vero Eccles[ie] est ipsamet consecratio fac-
ta ab Episcopo, vt in Pontificali quæ ita recolitur
quot annis.

3 In singulis Ecclesijs Celebratur Festum Dedi-
cationis illius Ecclesiæ dup. i. class. vt in commu-
ni Dedicat. cum Octa. (vel sine ea) vt est consue-
tum fieri; in die Dedicat. & in die Octa. lect. i. No-
tetur. sunt de eadem; Sed si Dedicat. sit de Cath-
edrali ctiam veliq. Eccles. seculares de Civitate ita

illud, Celebrare debent cum Octa. Regulares vero, ad libitum; præterdiem, quod debent; extra vero, per totam Dioecesim, sine Octa. Quod si occurront eandem die duo festa Dedicationam, vel octauam, pro varietate Orationum et oratio dicatur de die Dedicat. & prima erit de Anniversario: iuxta postremam recognitionem Breuiarij Urbani VIII, ut contingit, in 2. vesp. Cathedral. Eccles. Barcino, die 18. Nouemb.

4 Major dignitas Octauæ attendi debet penes classem Festorum, nam 1. class. dignior est 2. in eadem vero class. attende Personas; hoc Ordine Christianum, B. M. V. Angelos, S. Ioannem Bapt istam. Apostolos, & alios iuxta Ordinem Litaniorum, & ceteris paribus, dignior est ea Octaua, quam Celebrat nigerfala Ecclesia.

5 Octaua Dedicat. propria Ecclesiae; maior est, quam octaua Patroni loci, ten Titoli. Eccles. Dignior vero est, octa B. M. V. Assumptæ, quam Octa. Dedicat.

6 Rubrica Breuiarij de octauis no. 3. circa illa verb; Infra Octa sit de semiduplicibus occurrentibus; ac etiam translatis? Intelligi debet de illis semiduplicibus occurrentibus in eodem die Festi habentis octauam, vel occurrente in Dominica. Infra Octa sit de illis in sequentem diem; quod si impeditum fuerit transferatur post Octa. de translatis ante Festum habentem Octauam, non est dubium, ut sint translati post Octauam.

In postrema recognitione Breuiarij actum est de excludendis octauis, & ideo excluduntur

Osc.

Octauæ a die 17. Decembris usque ad Epiphaniæ. In Hispan. vero à die 16. Decembris usque ad fer. 2. post Dominicam in Albis; & à vigilia Pentecost. per totā octauā, quod si in predictis diebus occurserit fieri de patrone: Titul. Eccles. prop. seu dedicat. Celebrant. sine Octa. & si inchoata fuerit accidente in Quolibet de predictis diebus: omittitur, neque com. fiat de illa (secluso priuilegio sedis Apost.)

7 Occurrentibus autem Dedicatione prop. Eccle. & Dedicat. Cathedral. Eccles. eodem die: quænam erat Celebranda? Rota Romæ Decis. 616. n. 1 part. 1. definit præferendum esse Dedicationem propriæ Eccles. quare de hac fiet Offic. Infra Octa. Dedicat. Cathedral. translato, Feste altero prim. diem non impeditam.

8 In singulis locis, & Eccles. debet Celebrari: Festum Patroni, & Fest. Titul. illius Eccles. dup. 1. class. & omnia (etiam lect. 1. Noct.) sumuntur de communi illius (sisi prop. habeat) Celebratur vero cum octaua, vel sine eis, ut est consuetum, & in 1. vesp. nulla fit com. duplicitis præced. nec Dominus (sisi fuit Priuilegiata) Infra Octaua, & in die Octa. eorum Lectio. 1. Noctur. sumuntur de Scriptura occurrentis; lect 2. & 3. Noct. de communis, vel aliunde, eas variando iuxta consuetudinem.

9 Si Patroni plures, seu Titulares conceduntur Offic. quidem singulorum, duplex erit, ut dicitur in rubrica de Officio duplice nam. 1. sed octaua non conceditur ex Rub. Breuiar. de octauis no. 1. nisi

nisi Festo Principalis Patroni, & Principalis Titularis Ecclesio, neque Festum 1. class. erit: nisi sit solemnne principale Festum, principalis Patroni, aut Titularis Ecclesiæ; ut aperte habetur in Rubrica de commemoratione. num. 3. & 4. quale non est Patroni Translatio, nec Festa similia.

10 Tanta est solemnitas Patroni loci, ut si incidat, in vigiliam, quæ sit in Calendario, (cum leiu-nio de præcepto) nil in Officio fiat de vigilia, quæ messe tiam infert: In messe tamen, iejunandum erit, nisi transferatur in præcedentem diem Ieiunium ipsum auctoritate maiorum: In vigilia Patro, omissitur suffragium commune, de Patrono quod fit per Annum.

11 Ad Officium Parvum B.M.V. Defunctorum Psalmi Graduale, & Poenitentiales: non tenentur extra Chorum, qui alias obligati sunt ad recitationem Diuini Officij (excepto Officium Defunctorum in die commemoratione omnium fidelium Defunctorum) Ad Litaniæ vero tenentur omnes qui non inter sunt Processionibus in Litaniæ Maioribus, & Minoribus dicto Benedicamus Dño de Laudibus (statim) nam fidelium Animæ pro fine Laudibus, dicitur in fine Litaniarum, & utriusque deseruit.

12 Quando Officium Defunctorum dicitur separata ab officio dici, vel incipit ab eo, dicatur Pater noster tantum ante in choationem: ita sit in Capella Papali.

13 Quando Aña sumitur, ex principio Psalmi, vel cantici, & incipit sicut Psalmus canticum non

dicitur principium Psalmi, sed continuatur quod sequitur in Psalmo, vel Cantico; exempli gratia: In Dedicatione Ecclesie, ad Matutinum in 3. Nocturno, prima Aña est Qui habitat in adiutorio Altissimi Psalmus incipit a secundo versu Dicet Dominus quando fit Officium dupl. (excepto tamen Tempore Paschali, in quo, in sine Añe additur Alleluia;) quando Officium fit semid. Psalmus prosequitur, ut supra; & sic de alijs.

*Lauds Deo, ac B.M. semper Virgini Dei Genitrici nec nō
Beatisimo P.N. Francisco de Paula, & omni
bus Sanctis Amen.*



Oratio dicenda ante diuinum Officium.

Aperi Domine os meum ad benedicendum nō
men Sanctō tuum: munda quoque cor meū
ab omnibus vanis, peruersis, & alienis Cogitatio-
nibus: Intellectum illumina, affectum inflamma,
ut digne, & attentē ac deuotē hoc Offic. recita-
re valeam, & exaudiri merear ante conspectum
diuinę Majestatis tuę. Per Christum Dominum
noscum. Resp. Amen Domine in vnione illius di-
uinę intentionis, qua ipse interris Laudes Deo pet-
soluisti, has tibi Horas per soluo.

Oratio post diuinum Officium.

Suscipe Clementissimę Deus, precibus, & me-
ritis B.M. semper Virginis, & omniū Sanctorū,
& Sanctatum, Officiū seruitutis nostrę: & siquid
dignum laude egimus, propitius respice: & Quod
negligenter actum est, clementer ignosce. Qui in
Trinitate perfecta viuis, & regnas Deus per om-
nia saecula saeculorum. Amen.

Orationem sequentem deuotè post Officium recitantibus,
Leo Papa X. defecitus, & culpas in eo persoluendo,
ex humana fragilitate contractus
indulxit.

Sacro Sanctę, & indiuide Trinitati, Crucifixi
Domini nostri Iesu Christi humanitati, Beati-
ssimę, & Gloriosissimę semperque Virginis
Marię fœcundę integratę, & omnium Sancto-
rum

iū Universitatis sit sempiterna Laus, honor, virtus,
 & Gloria ab omni creatura, nobisq. remissio, om-
 nium peccatorum, per infinita saecula saeculorum,
 Resp. Amen. Beata viscera Mariæ Virginis, que
 portauerunt eterni Patris Filium Resp. Et beata
 ubera quæ lactauerunt Christum Dominum. Pa-
 ter noster Ave Maria.

Oratio sancti Augustini sumpta ex magna Tabula La-
 teranensis Ecclesiae, quam quoties quis contritus deuote
 dixerit Octoginta Milia annorum indulgentias con-
 queretur, & qui Quadragesita dieb. eam dixerit, Plenaria
 peccatorum remissionem obtinebit, quam Bonifacius
 VIII. Concessit & Benedictus XI. confir-
 mavit.

DEUS, qui pro redemptione mundi voluisti na-
 ci, Circumcidisti Iudaeis reprobari, à Iuda pro-
 ditori osculo tradi, vinculis ligari, sicut Agnus in-
 nocens ad victimam duci, atq. conspectib. Annæ, Cay-
 phæ, Pilati, & Herodis indecenter offerti, à falsis
 testib. accusari, flagellis, & opprobrijs vexari, sputis
 conspui, Spinis Coronari, Colaphis Cædi, Arundi-
 na percuti, facie velari, Crucis clavis affigi, in Cru-
 ce levari, inter Latrones deputari. Fele, & a ceto
 potari, & lancea vulnerari. Tu Dñe per has Sacra-
 tissimas poenas tuas, quas ego indignus recolo,
 & per Sanctam Crucem, & mortem tuam libera me a
 Poenas inferni, & perducere digneris, quo perdu-
 xisti latronem tecum Crucifixum. Qui cum
 Patre & Spiritu Sancto viuis, & Regnas Deus
 in saecula saeculorum, Amen.



BIBLIOTH. BARCIN. O. M.

NUM. 92

SIGN. M - I 8

0 450000

MIN

100



© P.P. Minimos - Barcelona



© P.P.Mínimos - Barcelona